



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Avtvmnalis - A Dominica Decimaquinta post Pentecosten, ad
Adventum

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Dominica 25.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44846

DOMINICA XXV. AVT XXIV.

SECUNDVM REGVLAS OFFICII
DIVINAE ET PRÆSCRIPTVM CVIVSQVE
ANNI ORDINEM.

DE SEDATA MARIS TEMPESTATE.

Vide in 1. part. Dominica 4. post Epiphaniam, unde huc omnia transferuntur.

HAC HEBDOMADA, occurrit historia de Lazaro infirmante, mortuo, & suscitato: tam celebre Iudaeorum Concilium contra Dominum, qui pergens Jerosolymam, Matrem filiorum Zebedaei potenter suis primas sedes, reputat; & duobus cæcis prope civitatem Jericho, vitum restituit.

Quorum omnium Consideratio moderationem aste cuum quam vocant in-
ternam animi Mortificationem, inspirabit. *Ioan. xi. Matth. 20.*

FERIA SECUNDA. DE LAZARO INFIRMANTE.

Infirmitas hac non est ad mortem, sed pro gloria Dei. Ioan. II.

VERITAS PRACTICA.

Qui non libenter infirmatur pro Dei gloria;
& gravius infirmatur, & contra
Dei gloriam.

RATIO EST, Quia quoniam non libenter infirmatur
pro Dei gloria, dolet se dolere, & dolorem animi
jungit dolori corpori.
Quid qui dolorem animi sic jungit dolori corpori, &
gravium patitur, & contra Dei gloriam.
Ecce ergo & qui non libenter infirmatur pro Dei glo-
ria; Quia certè est multum consideranda Veri-
tas, ad quam utrumque corporis infirmitates libenter
aceperintur.

I. P U N C T U M.

QUANDOQUEM pro Dei gloria
Lazarus fratres Marthæ & Mariæ fuit
infirmitus, & mortuus, & suscitus,
magis apparet hæc Dei gloria si tri-
plicem illum statum, modico temporis intervallo,
tunc & verum in tres singulos partiamur
dies. Ac primo quidem hodie de infirmante, tum

sequenti biduo de aliis statibus.

Tam insignis porro est historia, ut qui eam
refert. S. Joannes, vix ullam ejus omitteat circum-
stantiam, & expendi posseat singula minutissi-
mum sacra legentur vel audientur Evangelistæ
verba: Erat quidam languens Lazarus à Bethan-
ia, de castello Maria & Marthæ sorores ejus: Ma-
ria autem erat quæ unxit Dominum unguento &
extersi pedes ejus capillis suis, cuius frater Lazarus
infirmabatur. Miserunt ergo frores ejus ad Eum
dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Au-
diens autem Iesus dixit eis, Infirmitas hæc non est
ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius
Dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham &
sororem ejus Mariam, & Lazarum.

Hujus dilectionis principiæ metinunt sacer-
vangelista velut magis mirum & stupendum vi-
deatur quod qui singulariter à Christo diligetur,
ita tamen affligentur: vel potius ne mirum
& stupendum videatur si domus illa tam cara &
dilecta Christo sic infirmetur, quia cum illa in-
firmitas futura esset pro Dei gloria, sic soleret
Deus ad hanc finem illis uti potius quos habet ea-

110

riores quam alijs; in eoque vel maximè ponit signum suæ dilectionis cum ex multis unum ad suam gloriam destinat, quovis modo procurandam. *Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor.*

Quod autem dicitur, Infirmitatem hanc non esse ad mortem, cum tamen ex ea Lazarus fuit mortuus, verissimè tamen dicitur cum & ipsa mors Lazari, ut ait S. Augustinus, non esset ad mortem quo sensu timere posserant eius frères, sed potius esset ad miraculum quo factus Christus glorificaretur, & in eum crederent homines, ac virarent veram mortem.

Scut vero Lazarus, sic & omnes infirmi suo modo dici possunt nisi maius pro Dei gloria, si modo patienter infirmitates suas tolerent; atque ut etiam patientes cas tolerent, videtur hoc esse motivum efficax, si cogitent sic se infirmari pro Dei gloria; nam inde duo sequentur bona non parvi male habentibus solati, quod sic videlicet & levius redditur infirmatus malū & fructus sui. Ut è contra si quis non libenter patetur pro Dei gloria, duo planè opposita sequentur mala, nempe quod gravius patetur & contra Dei gloriam, quæ duo mala simul juncta & simul opposita duobus bonis, quæ ex voluntaria infirmitatis tolerantia percipiuntur, longè potius cum gratia voluntariam hanc tolerantiam perluadebunt, quam si sola esset bonorum inde fluentium consideratio.

Quamobrem sic consideranda Veritas proponitur, ut qui non libenter pro Dei gloria pati velit, certò sibi persuadeat, quod volens nolens in hæc duo incurrit incommoda, *Vel & gravius, & contra Dei gloriam, patiatur.* Sic autem facile persuadetur. Nam qui non libenter pro Dei gloria velit infirmari, dolebit se dolere & dolorem animi jungi dolori corporis. Quod enim non libenter toleratur, perinde quasi est a tolerari coacte, invitè, dolenter, ægic, graviter, & uno verbo non minus dolentiam quam corpus ipsum dolet; Quod rex ille Antiochus satis

^{Marg. 6.} suo probat exemplo, cum ægri otaas dicebat: in quantum tribulationem deveni, & in quos fluctui tristitia in qua nunc sum, qui jucundus eram & dilectus in potestate mea, q. d. sicut ex animi tristitia languescit corpus, ita ex languore corporis ingravescit animi tristitia, scq; ita mutuo conficiunt corpus & anima, ut sibi superponere reciprocum afficerat incrementum, & poena corporis redundet in animum, & animus morens virus effundat in suum corpus. Sic Sapiens in Proverbii, *Spiritus tristis excusat vasa,* Et Eccle-

sisticus: à tristitia festinat mors, & cooperit virtutem. Et tristitia cordis, flecit cervicem, id est, robur quocumque debilitat, & tantum abesi ut dolorem minuat, quin potius augeat.

I I. P U N C T U M.

SED qui dolorem sic sibi auget & multiplicat, in diu illa incurrit incommoda, ut & gravias patiatur, & contra Dei gloriam.

De primo quidem patet: Nec minus evidens erit alterum tantisper cogitanti, quod si eum ille diceretur pro Dei Gloria pati quilibenter patiatur, quia sic indicaret quanti Deum faciat, cuius voluntate præferit sua sanitati, suo corpori, sua vita, quod non potest esse Deo gloriosum: sic protus ex opposito dicendus erit contra Dei gloriam infirmari & pati, qui dolebit animo, quod de corpore doleat: nam ex illo dolore animi manifestè indicat quod corpus suum præferat divinæ voluntati, cuius nutu & imperio quam patitur infirmitas corporis accedit; quod profectò non paucum divinam oppugnat gloriæ *Num. 14. v.* quid parum vobis est molestos esse hominibus quia molesti estis & Deo meo? Quasi dicere qu, ne quidem hominibus molestos esse oportet, quantum minus Deo! Aut certè si molesti estis Deo, iatis indicatis quam parvi ducatis eum: nam eis solenti infirmi esse molesti, non tamen viris præstantibus, quorum dignitate ac observante se continent, sed infirmis tantum personis molestia illam suam exhibent, unde patet quod si molesti fuerint Deo, Deum velut in infirmis & abjectis habent, Potestne aliquid magis esse adversum divinæ Gloriarum?

Quod si vero perpendas accuratius quid sit molestum estis Deo, nempe murmurare, conqueri, divinam accusare bonitatem, se velut innocentem prædicare: Deum autem quasi crudellem aut in se duriorē clamare, quid dices esse contra Dei gloriam, nisi haec agnoscas esse? Perinde quasi est cum Deo velle contendere, & de justitia decertare. Sic apud S. Gregorius in illum Psalmi versum, *Non intras in judicium cum servitor tuo:* *QVI contra Conditoris flagella murmurat, Ps. 142. in quasi cum eo in judicium intrat. Dei namque ac septem Ps. cuius in judicium qui se astimat iniuste percussum. Pœnit.* Et quasi cum Deo in judicio contendit qui inter flagella innocentem se offendit. Hinc etenim dominus ad beatum Job loquitur, dicens, *numquid Job 39. qui consident cum Deo, tam facile conquiescit: si tique qui arguit Deum debet respondere ei.* Habetas quod contra respondeas?

I II. PLIN.

III. PUNCTUM.

HINC ergo manifeste patet, quod qui non libenter infirmatur pro Dei gloria, & gravius infirmatur, & contra Dei gloriam: Nonne est enim gravius infirmari cum qui solo dolebat corpore, dolet simul & animo? Nonne hoc verò est divinam expugnare gloriam cum sic animo dolere, quod de corporis tui statu disponat Deus prout velit? Quanti nempe Deum ducis? Hinc felicet patet quantam Deo afferas vel auferas gloriam. Minoris autem Deum ducis quam tuū corpus, si doles animo dolere corpus. Nam cum non doleat corpus nisi ex Dei iuxta & voluntate, si dolet ammus de hac divina voluntate, mallet corpus suum sanum quam istam Dei voluntatem, siveque corpus suum præfert Deo; quod nisi cum ignominia divini Numinis dici vel cogitari non potest: Et cui assimilabitur me, & ad aquas, dicit Sathanus.

L. 49.

Ceterè quando Deum præferres corpori, semper hoc idem quereri posset, Cui assimilabitur & ad aquas Deum? Quid magis Deo & glorioli, si tantus tantillo præferatur? Sed cum eriam Deus corpori posthabetur, injuriosa nimis est hæc divina depreffio.

Quamobrem ex omni parte vides, quanti refert, libenter infirmari & pati. Si te tui moveratio, vide quid proponitur: Tantò magis aue manus liberatur patieris? Quid potentius in tem-

tuam? Si te divina tangunt, contemplare attenuat quanta hinc resulteret Dei gloria, cum inde tota sic pendeat, nisi libenter patiaris ipsam funditus divinam pessundes gloriam. Quid terribilis timenti Deum? Si de te solo ageretur, res tua forte nolles ad vinis seorsum agere, sive solo duntaxat Dei cultunegotium esset, fortasse nimis onerosum caufasere negotium. Sed hic utrumq; simel tam facili aexu conjungitur, ut res tua, si res Dei, & negotium Dei, tuum sit, tanto

minus onerorum quantos erit magis Dei.

O quād verè & practicè sanctus Cyprianus *lxxiiii*, de bono patientie: Ad varia quoque, inquit, carna incommoda, & crebros corporū duolo que cruciatu quibus humanū genus quotidie fatigatur & patitur, patientia necessaria est. Examina di astem nobis atque exploranda diversi importantia labores & multiplex tentationum qualitas irrogatur, de jacturis facultatum, de ardoribus febrium, de cruciatu vulnerum, de amissione charorum. Nec aliud magis in iustos discernit & iustos quam quod in adversis per impatientiam queruntur & blasphemant iustos: patientia iustos probat, sicut scriptum est. In dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habi, quoniam in igne probatur aurum atque argentum.

Vide in 1. p. Sabbato Hebdom. 2. post Epi-phan. Et 2. p. Fer. 6. Sexagesima, & tota pene Hebdomada 2. Quadragesima.

FERIA TERTIA.

DE LAZARO MORTIVO.

Tunc Iesus dixit eis manifeste, Lazarus mortuus est. Joan. *IX*.

VERITAS PRACTICA.

Quo minus accepta moris est, eo magis acceptanda.

Vel sic.

Quod gravius in morte est malum, non ita effugies, fugiendo mortem quam acceptando.

SENSUS ET RATIO EST. Quia quod gravius in morte est malum malum est anima. Sed non ita effugies hoc malum, fugiendo mortem, quam libenter eam acceptando.

Ergo & certa est Veritas, & libenter moriendum, sic volente Domino.

I. PUNCTUM.

Vergo audivit Dominus quia infirmatur Lazarus, tunc quidem manifist in eodem loco, duobus diebus. Deinde post hac dixit discipulus suis, Eamus in Iudeam iterum;

Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quarebant Iudeas relapidare, & iterum vadu illu. Respondit Jesus paulo fusori sermone, cuius summa est, nihil illis esse timendum, se præsenie, jamque Lazarus dormire dormitionem mortis, & esse verè mortuum. Et gaudet, inquit, proper vos ut redatis, quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum. Dicit ergo Thomas ad condiscipulos, Eamus & nos, & moriamur cum eo. Venit itaque Iesus, & inventus eum quatuor dies iam in monumento habentem. Quæ sacra Evangelij verba dum pro affectu revolveris, ingredere cum Domino Jesu lugubrie illam mortuorum Lazarus. Sæpe adiutur haec domus ad convivium quod ibi paratur Domino celebrandum, nec infuctuose redditur? Nunc vero ad luctum si adiatur, erit & fortè fructuosa redditus, juxta illud Sapientis. Melius est ira

ad

ad dominum lacus quam ad dominum convivij, in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & vivens cogitat quid futurum sit.

Ut nempe ad illud se cum gratia præparet, nam hic inter ceteros videtur optimus meditandus mortis leopus ac finis. Cum autem multa sint quæ hanc animi præparationem faciant, tum hoc uno præfertum continentur omnia, ut libenter ac voluntarie, quando dies nostri advenit, moriamur. *Eamus & moriamur cum Eo;* tam libenter quam ipse Lazarus, tam libenter quam ipse Christi Discipulus, & quam ipse Christus. Quid enim times timendo mortem? quidquid sit. *Quod gravius in morte est malum non ita effugies fugiendo mortem,* quam libenter illam acceptando. Digna erit quæ modò expendatur Veritas: & haec aperta Ratio qua declaratur; Nam quod gravius in morte est malum, malum est animæ; malum quidem est corporis; malum est vita prætentis malum forè familiæ, forè & civitatis & provinciæ, malum denique malorum temporalium hoc est extrellum omnium. Sed quid omnia temporalia, si ad malum anima comparantur? Non est dubium Christiano quin si salvetur anima, nihil proflus sit alia quævis ducenda; si vero perpetet, hoc unum maxime malum esse, hoc unum gravius esse malum mortis, hoc unum esse verè timendum, sicut rhonebat Dominus: *Ne terramini ab huic quoque cunctis corporibus,* & post hoc non habent an pliis quid faciant. Ostendunt autem vobis quæ timetur, si mettecum posquam occideris, habet potestam mittere in gehennam, ita dico vobis, hunc timete. Nonne hoc est quod ipsi sancti ois viri nemant & pavent? Nonne hoc est quod instanti morte dieunt ad pavorem suum excutendum vel execundum: Non se videbunt naturalibus illis morti motibus quos vel amor viæ, vel hominū, vel quorumlibet bonorum omnium quæ defertuntur, aut malorum temporalium quæ importuntur, excitare solent: sed quæ spectant animū, quæ divinum judicium, quæ horribilam peccatum aeternitatem, illa esse videbunt illa esse quæ pavendam reddunt mortem; quia sive præteritum respiciant, vident multa mala quæ nollent se fecisse, & multa bona quæ fecisse vellenti; sive præsenter suam spicent statim, ignorant proflus utrum amore an odio digni sint; Non desperant, sed valde uident quia vel peccata sua manifeste vident, unde & gemunt; vel si non vident, tanto acius timent quia leuent alios esse Dei oculos, alia eius judicia, & tam longe à no-

stris diffitas eius esse contentias de rebus temporibus, & de humanis actibus, quam cœlum dicit à terra. Sive ad futurum denique quod sequitur, se convertant, occurrit illa Iudicis facies quæ in Apocalypsi describitur, & quam ipse dilectus Discipulus Scriptor nonnisi tremens ac pavidus spectat poruit. Et conversus, inquit, vidit septem candelabrum aureorum similem filio hominis, vestitum pudore. Id est, vestes talam propria Iudicis: & praetextum ad uirillas zona aurea, Id est, nullo movendurn misericordiæ mo[u]n. Caput autem eius & capilli erant candidi tamquam lana alba, & tamquam nix. Haec eius scilicet mentis puritas, haec eius aeterna legis sanctitas, unde iudicium de nobis feret, quia haec erat vita nostra regula quam peccando infregimus. Et oculi eius tamquam flammæ ignis, incensi scilicet contra peccatum. Et pedes similes auriculæ sicci in carmine ardentes: ut de signentur parata iudicandi supplicia, & summa quam in illos exercet potestas. Et vox illius tamquam vox aquarum multarum, quæ scilicet ex alto decidunt, nec eō revertuntur, sic eius latitudo rata fixaque est nec inde ad aliud appellatur tribunal. Et habebas in dextera sua stollas septem, id est, lumina, gratias, & beneficia quæ sanus ad iudicium ab eo representabat, ut eius ingratitudo & perveritas magis appareat. Et de ore eius gladius usque pars acutus erat, Nec per clementiam proferenda quæ peccatiem animam à Deo quem offensit excedat quodammodo, & longè procul d'flingat. Et facies eius sic ut lucet in virtute sua, Quæ dicitur, nihil tam habetur animam quod in lui defensionem respondeat, quia iam clavis omnia videt Iudex, nihil ut illum lateat. Ac tandem, inquit qui hæc narrat sanctus Joannes: *Et tecum vidissim eum, ecce ad pedes eius tamquam lob. 26. mortuus.* Adeo scilicet sunt pavenda omnia ut quod est in libro Job ipsa columna cœli contramiscant, & pavent ad nutum eius: quanidem magis tabula & vngula ut ait S. Gregorius. Hoc est itaque gravius in morte malum, quia hoc est in se gravius malorum omnium quæ dicuntur pœnae: & hoc est malum quod à morte pendet & statim sequitur incursum. *Quid est mors,* inquit S. Augustinus, *relatio corporis, depositio sarcinae gravius: sed si ultia sarcina non portetur, quia homo precipitetur in gehennam.* Id est, nisi hoc esset malum mortis, Mors esset bonum.

II. PUNCTUM.

SED non ita effugies hoc mortuus, sive hoc anima malum, fugiendo mortem quam libenter illam acceptando. Primum quidem quantumcumque timeas & timendo cures ne moriaris, non effugies mortem & damnam inde sequentiam: Nam *sua* tuum est hominibus semel mori: post hoc autem Iudicium. Deinde vero hie tibi singas te longiori petere vitam ut praeteritam carente, futurā facias securiorem; verba sunt, & quam sint prolsus inania, patet ex his qui è morbo convalefecunt, nec iamē à virtus relipiscunt. Denique quando vel etiam concederemus te in meliorem evasurum, vix illum, per multos vitæ annos, confundes meritorum gradum, quem postremo vitæ die potes attingere, si favente Deo, libenter ac voluntariè postremum illum diem amplectaris obeundum: ac proinde vivendo non ita effugies mortis malum, quam sic liberè moriendo; Sunt enim in hac volenti ac libera mortis acceptione tam multi multarum virtutum actus inter se invicem connexarum, ut miram sit vel tantum bonum à Christianis non agnosciri, vel agendum non exerceri, & adhuc esse quin non libenter moriantur.

Sicut autem omnes virtutes ad tres Theologicas & quatuor Cardinales referuntur, ita rem omnem consecero, si hoc libenter acceptanda mortis exercitium ostendero septem illas virtutes omnino complecti. Sic autem evidenter ostenditur.

FIDES qua prima est Theologicarū & omnium quas dicit supernaturalem & infusarum, virtutē hic nobiliter exercetur. Nam qui libenter & christiane mortem acceptat, manifeste proficitur quod ait S. Paulus, credere oportet accedens ad Deum quia est, & inquirentibus se, remunrator si. Quomodo enim tam libenter moreretur, nisi hoc crederet? Credit non modo Deum esse, sed esse Dominum suæ vitæ quam illi à quo accepit restituit tamquam depositum sibi redditum, & quando repeteretur, reddendum. Credit Deo quo Apostolus credebat sensu cum diceret, *seio cui credidi, & certus sum, quia patens est depositum meum servare in illum diem.*

Credit hoc ipso actu quo se morti occurrenti libenter offerit, credit iaqueam si à Deo mortem sibi offerri, ut quæcumque naturalis insit in corpore mortis causa, supernaturalem in Deo magis tamen attendat, cuius unius respectu & cultu suam libentissime profundit vitam. Credit & re ipsa proficitur se fidem Dei secum,

cum in re omnium difficillima sic se credit: additum Deo ut ne perdat obedientiam, perdat vitam; Quod de Moyse tamquam illustrē factum Dñi. 14. narrat Scriptura: Mortuus es M ysses servus Domini, in terra Moab, jubente Domino. Sic sibi Dominum credit jubere mori quando mors iusta, quocumq; in iste ex casu, & sic illi obedit u. Moyses quando instantem mortem libenter excipit. Denique cū probē sciat quod ait Apostolus, *im- Hbr. 11. possibile esse sine fidei placere Deo*, velit autem tum vel maximè Deo placere quise ad mortem libenter parat, nonne id plane sequitur quod quidquid Fidei divina credendum est, credit: cum præterit illo instanti Fides præter alias exigatur Virtutes, sive ut resistatur oppugnantiū adversario, sive ut insignem illam Christianam religionis testeram suo proferat Christo, mox illi sistendus in Iudicio.

SPES qua fidei proximè sequitur sic illam etiā in illa voluntaria mortis acceptatione tam fideliter comitatur, ut hæc prompta voluntas moriendi sit Divinæ Spes singularis quidam effectus vel causa. Nam nisi quis firmè speraret quam promisit Deus vitam æternam, quomodo præ se ferre posset se illam expetrare, se illam adire libentissime, te terrenis omnibus propter ea volenti animo renuntiare? Noane quot formabit actus optatæ mortis, vel optanda beatitudinis, tot formati eiunt actus illius Spes quæ talen sperat & talem optandam offert beatitudinem? Cum autem tanti Spes boni prædictum fundetur in Divina Bonitate ac meritis Christi Salvatoris, nonne simul ac speratur illud bonum, speratur etiam in illa Dei bonitate ac meritis Christi Recepti Redemptoris? Scio quod Redemptor meus vivit, & *Iob. 13. in novissimo die de terra surrecturus sum: Etrursum circumdabor pelle mea, & in carnem mea videbo Deum meum: quem viurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non aliud: resoluta est haec Spes mea in simulo meo.* Nonne qui hoc dicit, libenter moritur? & nonne qui libenter moritur, hoc ipsum dicit?

Additum, quod nostram propriam rem attingit: cum Spes vera non sit sed præsumptio, si quis speret & optet beatam vitam nisi simul quod ex parte sua præstare debet, præstare sit preparatus; hinc sit, ut quantum bene mori optat, bene quod restat vivere simul optet, & quidquid uno veibo necesse est ad bonum illum vitæ deficiens statum, statim cum gratia solicitat, urget, excusat, cōficitur, communicat, unguitur, & quidquid ad illud æternitatis iter sp̄stare potest, tam libenter

Hebr. II.

2. Tim. 7.

benter expedit quād ipse hoc iter libens aggreditur. Nonne hos est tolli quod gravius in morte malum est anima? Quod vel maximē verum esse constabit si quae teria & excellentior virtus est CHARITAS hū accedat ad alias.

Accedit autē tam certe & determinatē quād certus & determinatus hic esse Charitatis actus agnoscitur, cum voluntatem nostram Divine conformans, & tanto excellenter esse actus agnoscentur quam rō vel supra naturalem hominis propensionem vel libertius exerceatur. Quæ in nostro calo duæ præsentim circumstantia cum evidenter adhuc, quid est quod ipsa Charitas non adesse dicenda sit? Quid est quod Charitate præfente & præsidente operi, opus ipsum non sit perfectum, cum sit Charitas perfectionis vinculum? Hinc illa quæ ceteroquin tam rara, tam dubia tam incerta contritio est, hinc pura & perfetta formatur cū ille pāt animo suum defestatur peccatum quo se Deo in morte offert, id est, purè propter Deum quem ita dolet offendit, ut sua morte velit offendit expiare. O pretiosam in conspectu Domini mortem! Genus est quoddam martyrij quo non tantum culpa sed omnis etiam poena consequens exhaustur.

Jam verò ut illis quatuor quæ mortales alias complectuntur virtutes aliquid delibetur? Nonne hic est PRUDENTIA Christianæ singularis actus sic se a graviori anima malo redire, sic omnium maxin o suo negotio prospere, sic anteactam vitam vel male vel oris possum tam modicoprio reparare? Nonne hoc est quod volebat Apostolus, Ut essent omnes non quasi insipientes sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali iuri?

Quidam IUSTITIA proprium quād sic Deo, sic proximo, sic sibi ipsi quidquid debetur reddere? Totum quod sumus Deo debetur, & totum illud redditur, nec alias melius redditur quād cū se homo sibi offert ad mortem, ut licet necessariam, voluntate tamen liberam & acceptam efficiat, sic plene Deo faciat, cum quid amplius donet non habeat. Aut si quid habet ultimus & si quid debet proximo, non dubitabit reddere qui non dubitat mori, aut velle mori. Rem enim alienam non reddere, vel opus debitum non præstare, illorum est qui volunt vivere non qui mori optant. Nam si quid aliquem detinet à reddendo quod debet, amor est debiti quod tenet; quid est autem quod amorem illum sovet nisi vita præsens amor, quo extinto quid restat quod non simul eā vita libetur detur?

Sic etiam sibi sit ab unoquoque fatis, quād quod debetur anima, tunc redditur, cū ipsi opportunitus est anima, cum alioquin anima periret nisi redderetur, & cum inde salvatur quia redditur. Hoc est pro iustitia, quod volebat Sapiens, agonizari pro anima sua, & usque ad mortem correre pro iustitia.

FORTITUDINIS verò quād sit hic actus proprius, nullus ignorat qui virtutem hanc sciat, cū expressum hac de te Divus Thomas articulū habeat, quo versari principiū fortitudinem docet circa timores perticulorum mortis, cū ea sit inter omnia mala corporalia maximē terribilis. Ipsa sunt eius verba, qui & alio quæstionis eiusdem articulo quærens, & duobus fortitudinibus ait: agredi & sustinere. Utter eorum sit magis virtuti proprius, respondet illud est: quod sustinetur, quia difficultius, quia longius, quia præsens est malum, atque ita qui le morientur & libens videt, sicut habet quod confidat & sustinet, sic profectò habet quod propriè fortis sit & fortitudinis sue præmium referat, juxta illud Domini, Ego fidelū uique ad mortem, & dabo tibi coronam uite.

TEMPERANTIA denique cū ex eodem sancto Doctore potissimum in his versetur temperandis quæ appetitum magis allicit, ut sunt volupates, honores & divitiae; quid ex his magis allicit quam ipsa vita quæ ceterorum est sedes & fundamentum bonorum? ac proinde quis temperatior quam qui vitam omnē suam voluntate moriendi præcedit, quo uno actu voluntates omnes, universas divitias, & quocunq; mundus honores offert, contemnit, abiicit, detestatur; Mihī vivere Christus est, & moriendum. Phil. 1. O lucrum quo perdite salus anima repa- ratur! Perit omnis homo nisi periretur.

III. PUNCTUM.

QUOD est igitur gravius in morte malum, nempe malum anima, non tam effugies, fugiendo mortem, quād libenter illam acceptando; ac proinde nihil est quod ad naturā ex-eusandum mortis metum dicat, te non ita mortem timere quād quid mortem sequitur; nam illud ipsum quod sequitur, non evitatur timendo vel fugiendo mortem, sed potius illam acceptando, quandoquidem talis acceptatio tanti est pondens apud nos: um Judicem, ut quinobis alioquin esset infenstissimus ob contractas viræ præterita maculas, hoc insigni factō placetur,

& sibi satisfactionem ducat. Et placatus ero vobis,
aut Dominus Deus.

Parumne tibi hoc videtur, ut tam modico
precio quod exigitur, tantum in alium avertatur
tantum bonum comparetur? Vide qua de re a-
gitur. Vide quid à te idcirco exigitur? Agitur de
fusna et tua: de bona vel mala morte tua: de fœ-
lici vel infœlici vita: exitu: de fausto vel infasto
judicio: sistentis se post mortem animæ tremendo
Christi tribunal: de Cœlo denique vel de inferno.
Nil minus horum agitur. Quod autem à te id-
circo exigitur, ut auspicato & feliciter tibi ce-
dant omnia, non est quod putas, non est mors
subeunda, quæ propriea tamen non esset re-
cusanda. Non est tibi vero propterea moriendum
ut beatè vivas, ut commutes infernum cœlo.
Nam etiæ detrudendus es es in infernum, mori-
tis, statutum est, ratum fixumque est. Quid ergo
à te exigitur? Ó divinam pietatem! Ó humanam
duriem! Quod unum à te exigitur hoc est ut
quod velis nolis, necessariò tibi est subeundum,
tu id velis, libenter, tu necessitati consentias, tu
id volens ac libens agas quod nolens, & invitus
agas necessitè est.

Si de quis quos viximus essemus annis detrahen-
di essent aliqui, si ex florenti ætate sic ad interi-
um rapereris, ut penes te esset, florem ætatis
præscindere vel forever, nutare forte posset; & ca-
rius videri posset premium: Sed non iste est mo-
do rei status: Actum est, morieris, non est deli-
berandi locus, non est emergendi via, velis nolis,
moriendum. Jam non sunt in arbitrio suo vita
& mors. Jacta fors est, excedendum. Quod unū
tibi de tua recta libertate, hoc est quod dixi, ut
id liberè facias quod est necessarium. Ac quæ
divina voluntati, Sine te ab illa volentem, deci-
& non invitum trahi. Quid frustia reluctaris, nō
evinces? Non mōtem effugies. Neque est ma-
lum istud quod timere debes & fugere, nam
non est malum mori, sed male mori. Hoc est au-
tem quod potes fugere, volendo mori. Mortem
accepta, plus agis quam si mortem tolleres, nam
malam tollis mortem, tollis, tremendum judi-
cium, tollis infernum.

In Matth. Sic præclarè S. Chrysostomus: Mors munus
necessarium est natura jam corrupta, qua non est
fugienda, sed positus amplectenda: Fiat voluntarius
quod fugiendum est necessarium: OFFERAMUS
DEO PRO MUNERE QUOD PRO DEBI-
TO TENEMUR REDDERE. Quasi dicaret,
tale est debitum mori ut ipsam reculare non pos-
sis mortem, potes quidem recusare liberam, po-

tes recusare libertatem, sed non necessitatem
moriendi. At vero, inquit, nec ipsa libertas est re-
cusanda, nam sic oblatæ & conjunctæ necessitati,
perinde valebit apud Christum ac si omnino li-
bera esset & non necessitatis.

Et vero etiam alio sensu hæc libertas seu li-
bera mortis acceptatio, dici potest necessaria,
quatenus felicitas illas includit virtutes quæ sunt
ad salutem ita necessaria ut neque salus sine illis
possit comparari: neque illæ virtutes sine libe-
ra mortis acceptatione possint exerceri. Quam e-
nī ille fidem aut spem habere dicendus est qui
apertum sibi cœlum videns, si libenter velut mori-
ti, malit sibi cœlum claudi quam id velle: Quam
ille Charitatem in Deum moriens exercebit, qui
divinæ voluntati quantu potest resistit, nolendo
morti, dicet ipsi cogatur invitus subiecti? Quo es-
tu, quo animo Deum oras ut adveniat regnum
cuius, & ut fiat eius voluntas? Quām propositū L. de Mat.
est, inquit S. Cyprianus, q[uod] amque perversum, ut sa-
cum voluntatem Dei fieri postulamus, quando e-
volet nos & accessit de hoc mundo Deus, non fa-
timus voluntatis eius imperio pareamus. Hoc reniti-
mur & reluctans, & periculacum more servorum
ad conspectum Domini cum tristitia, & morsore
perducimur, exunes istinc necessitatius vinculum,
non obsequio voluntatis. Quid ergo regamus &
perimus ut adveniat regnum Dei cœlorum, si ca-
pitvitas terrena dicitur.

Quenam porro potest illius esse Prudentia, qui
qui uno voluntatis actu cum possit summum
malum in summum bonum convertere, ma-
lit illum voluntatis actum recusat quām vel ta-
le malum est: sicut, vel tales sibi bonum compa-
rare?

Quenam autem illius putas erit Justitia, qui
sic negat Deo quod illi debet tot titulis, & id sibi
recusat quo uno recusato jaetur animæ facit.
Certe id vole cum possis, in iustum nimis est; &
negare se posse cum sit præsens gratia quæ id pe-
tit & urget, Fortitudinis & Temperantiae defi-
cius est numquam satis deplorandus.

Sic illi miseris qui non nisi dolentes & renite-
tes sunt mortui, sic infaustam suam mortem in in-
ferno gemunt: nos nati continuo deservimus esse. Sæpi
& virtutis quidem nullū signum valuimus osten-
dere in malignitate autem nostra consumpti sumus.

Sicut vero non pugnat cum hac libenter mori-
tis acceptione, quæ cumque fuerint necessaria va-
letudinis remedia sibi procurare, vel orare Deum,
& quoquo etiam modo sanitatem optare: ita
plane cayendum est in istis omnibus, ne plus æ-
quo

quo feratur animus, ad optandum & orandum, magis ut convalescat infirmus quam infirmetur diutius aut etiam moriatur; NAM MAGIS SÆPE TIMENDUM EST NE NON MORIATUR AEGROTUS, QUAM NE MORIATUR.

Quæ certe Veritas posset separatum proponi, vel simul his quæ dicta sunt jungi, & paucissima declarari: Timendum magis aegroto & cuius hominum, ne quod Deus primo sua bonitatis ordine, de illo latuit, invertatur & desfletatur in alium qui dicitur Justitia, severitas & pœna. Quod paucis sed etiæ acibus verbis S.

l. Con. 11. Con. 12. Augustinus Deo loquens sic exprimit: *Iste offendit in iusti: ut si se vexarentur, subversentes se lenitatem tua, & offendentes in rediundinem tuam, & cadentes in aperitatem tuam.*

Sed ipsius secundum primum illum ordinem mortuus & mors sic ordinata sunt, ut si per nimis infirmorum aut aliorum proprieatis depreciationes relaxentur, differantur, immutentur, fiat deflexus ab illo primo in alium ordinem, juxta illud Psalmi notissimum, *Et non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non intendit mihi;* Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in damnationibus suis. Id est, peribunt recessantes ab illo qui de ipsis statutis erat ordinatus. Rebet autem S. Augustinus prius cetera perspendit illud: *Et Israel non intendit seu non attendit mihi.* Quis, inquit, *Cuius Israel mihi, & ingrata anima, per me anima, à me vocata anima, & me in fœm reducta, & me a peccatis absolta.* Et Israel non attendit mihi. Baptizantur enim, & transirent per mare rubrum, sed in via murmurant, contradicunt, conqueruntur, seditionibus perturbantur, ingrediuntur, qui liberavit a persequentiis hostibus, qui ducit per secum, per eremum cum cibis tamen & potu cum lumine nocturno, & umbraculo diurno. Et Israel non attendit mihi. Et dimisi eos secundum affectiones eorum: Quasi diceretur, dum me ad salutem suam sequi nolunt, cogunt me ipsis persequi nec alijs utrare instrumentis, & hostibus ad eos persequendos, quam ipsis eorum affectibus quos ubi finiam expleri, tam certe peribunt, quam certè salvi essent, si se potius vivissent regi.

Nonne hoc igitur timendum in infirmis, & moribundis, ne, si avertant a se mortem temporalem, avertant vitam æternam, quæ in illa morte tamquam medio per primum bonitatis ordinem ordinato continuebat? Unde rursus à Propheta Regio dicitur de istis, qui se à nutu divino subtrahunt: *Isti non cognoverunt viam meam,*

Habenusque pars quarta

ut juravi in ira mea, semper ibunt in requiem meam. Sed curia puniuntur de vobis Domini delectis si casus non cognoverunt? Ratio est, quia cognosse poterant, nisi tam præiaceps etiæ fuissent, ut cognosse noluerint. Et hæc pravitas affectus Deum irritare præsertim dicitur, quia Deus hanc præsertim puniit; & ne putetur id aliquo testatum, vel in aliquibus fieri, propterea minus addit juramentum, quasi se ita velit alfringere, ut pene non sit ipsi liberum alter agere; quod expeditus S. Augustinus sic apicè ad rem nostram: *Loqui Dominum, inquit, magnum est, quando magis jureas Deum; Iurare tembo minorem debet timerre, ne propter iurationem facias quod contra voluntatem eius est, quando magis Deum, qui nihil temere jure potest, iurationem ad confirmationem voluit esse.* Et per quem jurat Deus? per seipsum. *Nor cu[m] habet major temp[us] per quem juret, per seipsum confirmat minas suas.* Nemo dicat in corde suo, verum est quod promittit, falsum est quod manatur. Si eut verum est quod promittit, si certum est quod minatur. Tam certus debet esse de requie, de felicitate, de eternitate, de immortalitate, se feceris præcepta ipsius: quæ certus esse debet de ineritu de ardore ignis eterni, de damnatione cum diabolo si contempseris præcepta eius.

Dici autem eas præcepta possunt, illæ ipsæ viæ quibus nos regit, & quibus nos ita fideliter insisteret præcipit, ut non minus suo modo periculoso sit ab illis viis deflectere, quam a præceptis. Sic de Phariseis, qui non sunt usi occasione sancti Joannis Baptista, seu qui non proficerunt eius admonitionibus, expressè dicitur, *quod consilium Dei speraverunt in semetipsis, non baptizari ab eo,* id est, cum illa tunc esset via, qua Deus pharizet eos ad meliorem statuerat revocare frugem, nec tamen isti viam hanc observant, sic aberrant & perierunt: *Va filij desertores,* dicit Dominus ut faceret consilium! & non ex me!

Sic sapientissimi quique, & suæ salutis cōsultissimi non aliter sibi volunt prospectum remedii naturalibus, vel supernaturalibus, quæ prout illæ ordinavit, cuius virtutibus vita nostræ momenta decurrunt. *Vita in voluntate eius,* id est, tamdiu bona est vita, quamdiu voluerit. Depositum quoddam est, omni custodia conservandum donec Is. reperat à quo accepimus, quo etiam repetere non est cunctandum reddere. *Si appropriat tempus nostrum, moriamur in virtute;* inquietebat Judas Machabæus. Vel generosè dices eū Apolo: *Ego non solum alligari, sed & mori paratus sum.*

l. Mach. 9.

A. 22.

*S*um propter novam in Domini Iesu. Id est, confitendo melius esse mortuorum velut, quam vivere cum id nolit.

Illustre est exemplum Mauritii Imperatoris, cui cum optio esset data, aut diutius vivere cum periculo sua salutis; aut unde cum liberis cruenta morte, citius defungi, ut aeternas penas redime-

ret: hoc postremum elegit, ut fusore refert ex multis, Bononius ad annum Christi sexcentesimum secundum.

Vide in 3. p. Fer. 3 Hebd. 6. ubi explicatur secunda petitio orationis Dominica: *Advenias regnum tuum.*

FERIA QVARTA. DE LAZARO SVSCITATO.

Lazare veni foras; Et statim prodiit qui fuerat mortuus. Joann. II.

VERITAS PRACTICA.

Sicut nonnisi per Christum vivis, sic nonnisi propter ipsum vivas.

RATIO EST. Quia idcirco nonnisi per Christum vivis, quia te à morte per mortum tuam ita redemit ut non viveres, nisi te ita redemisset. Sed cum sis ita redemptus, nonnisi propter ipsum vivas opereris. Vnde quod eodem redidit: Sic ille te redemuit nonnisi propter ipsum viveres. Ergo alterum infer ex altero. Et sicut nonnisi per Christum vivis, sic nonnisi propter ipsum vivas.

I P U N C T U M.

QUAELOGIOR est narratio suscitat à mortuis Lazarum, videri debet apud Evangeliam, & ex singulis eius partibus non nihil ad profectum delibari. Tum verò animus intendatur in Lazarum suscitatum, quo agnoverit, affectu Libertatis suum Christum adoraverit quibus verbis se novam ei debere vitam professus sit: quo deinceps eum cultu ac studio fuerit prosecutus, ac se ipsi totum addixerit. Sie plane Tu quisquis hæc legis vel audis, si diligenter attenderis, non minuste Christi totum agnoscis, quam ipse Lazarus, hoc novo nomine vel beneficio quo illi singuliter affringeris de novata vita per eum restituta. Tu nonnisi per ipsum denuo vivis sic ut si suscitatus essem, ac propter ea Tu nonnisi propter ipsum vivas oportet sicut vivere iustus.

Ratio prius est eadem: Cur enim à Christo suscitatus sibi facile persuaderet non aliter esse vivendum quam propter Christum, nisi quia novam hanc ei vitam debet, quam profecto par est illi consecrare, ac reddere, si praefterum significet Christus se hanc velic vitam suo mancipare.

tam obsequio? At nonne tu sic novam ab eo vivi accepisti? Hoc primum expende. Numquid non eras mortuus non tantum originali peccato cum universis hominibus, sed actuali, quod vocant, & singulari tu o lethifero, statim atque peccasti? Nonne triplicem incuristi mortem, à qua te Christus liberavit, mortem scilicet anima leu gratia, mortem salutis seu beatitudinis, mortem corporis seu vitæ præsentis? Expende hæc etiam atque etiam, & tibi singulariter applica, quod de omnibus universum ait Apostolus, nos mortui fuimus in delictu, & cum Christo convivis factes.

Ac primò quidem de morte anima seu gratia non dubitas, quin, statim atque peccaveris, sequiturum fuerit peccatum illud, quod idcirco mortale dicitur, quod mortem affectat. *Anima enim quæ deceaverit, ipsa morietur;* Et peccatum *Ezech. 18. cum consummatum fuerit generalis mortem, mortem præsentem animæ, mortem spiritualem,* mortem oppositam vitæ quam vivebat, cum ante peccatum esset in gratia, & à qua morte per Christum resurgit, cum per ipsum redit in gratiam. Nonne id agnoscis?

Deinde verò de morte quam appellamus mortem salutis, & beatitudinis, quia revera est eius privatio, nonne tam verè mortis dici debet, quam verè beatitudine dicitur vita beata & aeterna? Nonne autem ista mors tam certa inficitur ex morte animæ, quam mors animæ sequitur ex peccato? Nonne peccatum ex quo privat animam tam vitam gloriam, quam vitam gratiam? Nonne denique si peccator gloriosam illam aliquando possideas, viam, non minus illam debet Christo, quam vitam gratiam spiritualem?

Restat itaque de tertia quam dicimus mortem corporis, & præsentis vitæ, que hæc non ita consequentur ex peccato videatur i. qui, ac duas præcedentes: sequuntur tamen hoc sensu, quod

sunt

l. 2. *l. 6.*

Nisi divina intervéniret misericordia, nisi divinus intercederet Christi sanguis, qui propterea est effusus; statim post peccatum peccator corpore, seu vita præsent: moreretur, sicut anima statim moritur morte quam diximus gratia. Sic enim primus homo post peccatum, codem ipso instanti quo peccavit, & morte spirituali mortuus est. & mortis corporalis obcurdare reus fuit; neque minus à peccato mors corporis manat quam mors animæ, cum ante peccatum corpus esset immortale, nec nisi peccato, & inuidia diaboli mors introierit in orbem terrarum. Hec sunt enim, ut ait Apostolus, stipendia peccati, Mors, id est, omne genus mortis, id est, mors corporis, & animæ: Unde quod vixerit Adam post peccatum, & novum fuit beneficium, & venturi Christi collatum meritum: nam nisi tunc proximum fuisse hoc medium, perinde corpore, ac animo periret. Quod idem de cunctis protinus est de unoquoque particulari, sicut videlicet unusquisque peccando perit morte animæ, sic periret morte corporis, nisi reservaretur vita corporis, ut mox animæ reparari possit, & quicquid non pereat corpore, non minus debetur Christo Redemptori, quam quod non pereat anima, si resipiscit; neque minus quam Lazarus, aut alius à Christo suscitatus novam hanc illam debet vitam.

L. 4. de C. vii.

Sic exprefse sanctus Augustinus: Vna, inquit, mors Christi duabus mortibus nostris, scilicet anime & corporis salutis fuit. Duas tantum meminisse mortes quia mortem animæ confundit cum morte beatitudinis: aperiè autem distinguunt mortem animæ, & corporis, ut duplex illud beneficium distinctè notum faciat, quo per Christum vivimus anima & corpore, seu vita spirituali, & corporali. Esto id sit particula Lazarus, & alius à Christo suscitatus, quod amissam vitam corporalem ab illo recuperarint, quo modo nostram nobis non restituit, sed de modo amissæ, vel restitute vita non hic agitur, satis est ad similitudinem recuperatae vita, quod quemadmodum suo modo Lazarus restitutam sibi vitam Christo debet, sic nos illi nostram nobis suo modo reparatam debeamus. Quo in modo si quid ex una parte deficit, suppletur & excedit ex altera: Nam neque solùm, sicut Lazarus, vitam corporis à Christo accepimus, sed vitâ utramque animæ, quæ longè est alia præstantior, neq; id semel tantum, sicut Lazarus, nobis id beneficij collatum est, at quoties post peccatum reviximus in novâ gratia. Quoties autem istud accidit? Quoties id etiam citius id ipsius præstare voluit, & noluisti?

II. PUNCTUM.

SED cum his ita redemptus, non nisi per ipsum vivas oportet: Vel quod eodem recedit, sic se Christus redemit, ut non nisi propter ipsum vivares.

Quasi gemina esset propositio, vel quasi duplex motivum proponeret, quo ex prima praemissa sequeretur non aliter esse vivendum quam propter Christum.

Primo quidem, quia id exigit beneficium Redemptionis: Cui enim justus vivam, aut sanctus Bernardus, quām ei, qui si non moreretur, ego non vivarem? Cui commodius, quām promittenti vitam aeternam?

Deinde vero, quod ea fuit intentio Christi nos redimenter, ut sic novo hoc beneficio sibi nos alstringeret, nulli ut alteri, nec nobis ipsis, sed illi sibi viveremus. In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, ut & mortuarum & vivorum dominetur, aut Apostolus. Et rursus: estimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, ut qui vivunt jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Quasi dicet, sic mortuus est propter nos, ut sic propter ipsum vivemus. Quod idem ipsum ait Dominus de alio genere mortis, quod in singulos quodammodo subit dies, cum se manducandum nobis praebet:

Sicut misericordia mea vita est Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse vivet propter me. *Iohann. 6.*

Stupenda sane similitudo! sicut Christus propter Patrem, sic nos propter Christum: sic nos propterea redemit suo sanguine, sic pascit suo corpore!

III. PUNCTUM.

SICVT igitur non nisi per Christum vivū, sic non nisi propter ipsum vivas oportet, quia quām verum est unum, tam certum est aliud, cum in uno Redemptoris titulo sit utrumque fundatum nec magis Christus te redimendo tibi vitam vitam redderet, quām tu illam Christo debes totam reddere, vivendo secundum ipsum tanta religionis ac fidelitatis plenitudine, quantam hoc Beneficium Redemptionis exigit, & quanta haec Apostolica declarant Verba: Non es tu vestri empti enim ex proprio magno. Quia quia pluribus aliis sunt declarata, tamen hic fuerit illa breviter indicare, quām hoc facilius & opportuniū revocare possit.

Nn. 2 Aut.

Aut nullam vitæ partem, aut totam
Deo debes.

In 1. parte, Die 4, Ianuarij,

Nihil est in vitæ nostræ usu minus no-
strum, quam ipse vitæ unus.

In 2. p. Feria 6. Qua parafasee dicitur. Qua
bie suis maxime propria.

Sicut à Deo, sic ad Deum.

In eadem 2. p. Dominica 4. post Pascham.

AD EADEM VERBA.

Lazare veni foras.

DE CONVERSIONE INDIVRATI PECCA- TORIS IN QUATRIDUANO LAZARO MORTUO, ET SUSCITATO FIGURATA.

VERITAS PRACTICA.

Si quid est in rerum natura Christo difficile, na-
tura est hominis in peccato indurata.

RATIO EST. Quia si quid est Christo difficile,
hoc unum est quod illi magis resistit.
Sed quod unum magis Christo resistit, natura est
hominis in peccato indurata.

Ergo & hoc unum est Christo difficile; ac proinde
cavendum diligenterne hanc induitam natu-
ram ita perversam; & non obduretur quis ex
nobis fallacia peccati, ut commendat Apo-
stolus.

Hebr. 3.

I. PUNCTUM.

1. p. q. 105.
8.

Tradit. 49.
in Ioann.

Si sola spectatur divina potentia cuius
unius est miracula facere, non esset unum
dicendum alio magis miraculum, sed facta
comparatione ad facultatem natura-
quam excedit, post considerati triplex gradatio
in miraculis, quorum alia dicantur maxima, sive
media, & minima; quorum etiam quilibet
habeat diversos gradus, secundum quos diver-
simode, ut ait Divus Thomas, excedunt facul-
tatem naturæ. Sanctus autem Augustinus inter
omnia quæ facit. D. N. Jesus Christus, arque
adeo inter ipsa maxima miracula, refutatio-
nem Lazarus dicit præcipue prædicat; nec aliam
rationem magis urget quam quæ pertinet ex ip-
sius significatione miraculi. Tros, inquit, resusci-
tatos mortuos in Evangelio legitimus, & foris non
frustra. Domini quippe facta non sunt tantum mo-
dos facta, sed signa. Si ergo signa sunt præter id quod
mirantur, aliquid profecto significant, quorum
factorum significationem invenire, aliquanto est

operosius quam a legere vel audire. Et nonnullis
interiectis, Resuscitavit filium Archijanagogi
adiacentem in domo, & resuscitavit Lazarum
sepultum quadriduanum. Intueatur quisque ani-
mam suam, si peccat moritur. Peccatum, mors est
anima. Dolos a viri quod malum est, consensisti peccatum
si confessio illa occidit te. Sed intus est mors quia
cogitatum malum nondum processit in factum;
talem animam resuscitare significans Dominus,
resuscitavit illam puellam, qua nondum erat fo-
ras elata, sed in domo mortua, & acerbat: quasi pec-
catum latebat. Si autem non solum male dilata-
tionis consensisti, sed etiam malum fecisti: quasi
mortuum extra portam extulisti. Iam foras est
mortuus elatus es, tamen & ipsum Dominus re-
suscitavit, & reddit Vidua Matrem sua. Si pecc-
asti, paenitentie & resuscitare te Dominus, & redi-
tes Ecclesia Mater tua.

Tertius mortuus est Lazarus, est genus mortis
immane, mala consuetudo appellatur: aliud est
peccare, aliud peccandi consuetudinem facere.
Qui peccat & continuit corrigitur, & id revivis-
cit quia nondum est implicatus consuetudine, non
est sepultus. Qui autem peccare consuerit sepul-
tu est, & bene de illo dicitur, factus; Insuper enim
habet pessimum sanitam tamquam odorem
terrarium. Tales sunt omnes affecti sceleribus,
perditis moribus. Dicentes, noli facere, quomodo te
audis quem terra sic premis, & tabe corrumpit,
& mole consuetudinum pragravatur.

Tum post pauca: Ecce ipsa soror Lazarus mea-
lius resuscitata est quam frater eius, de magna
mala consuetudine mole est liberata, erat enim
famam peccatoris, & de illa dictum est, di-
mittimus te resuscitata multa, quoniam dilexisti mul-
tim

idem. Postquam autem fuisus enarravit quomodo Dominus, antequam mortuum suscitaret, scipium turbaverit, tremuerit, fleverit & contenta voce clamaverit, Lazarus veni foras, cum ipse sanctus Doctor exclamando concludit, & quam difficile surgis quem molis male consuetu-
dini premi! Quasi diceret, hæc est plena signifi-
catione miraculi, hæc est ratio propter quam illud inter maxima repono miracula, quod rem felicem valde difficultatem & valde momentosam exprimat. Sicut enim Christus sic tremendo, la-
chrymando & clamando videtur indicare, esse quodammodo difficultus, hunc mortuum susci-
tare, quam alios; sic planè significat hanc vel
maxime repetiri difficultatem in illis in vetera-
tis, & induratis peccatoribus convertendis, qui
quatiuduo mortuo Lazarro figurantur. Intra-
mendum, inclamanduti, intorandum in his
tevocandis ad veram vitam. Siquid in tota re-
rum natura Christo est difficile, natura est hujus-
modi peccatorum. Et si quid est in tota hac maxi-
mi omnium miraculi considerandum historia,
difficultas hæc est Christi laborantis in hoc ne-
gocio: Nempe ut omnes intelligent quam sic
deplorandus, & cavendus talis animi status, unde
sit tam operosum emergere: vel si qui forte
jam eò mysteriorum incidenterint, iij dilectantur
Christo laborare, si libi confutum velint.

Hoc itaque prius nobis est inquirendum, quid
sit universum quod ei possit Christo difficile:
qua in questione videntur esse quatuor paucis
quidem, sed distinctis articulis, enodanda.

Primus est, quod sicut est de miraculis, si sola
spectetur Christi potentia, nihil pro�us illi est
difficile, nihil eorum, quæ potest, quidquam est
quod non tam facile possit quam velit, & nihil
pro�us est quod non possit quemadmodum ip-
se, ait in Evangelio: Pater meus usque modo ope-
ratur & ego operor. Quicumque enim ille fecerit,
hæc & filius similiter faciet. Id est, simili & tam fa-
cili modo quā ille qui dixit & facta sunt,

Secundus articulus est, quod si quid propte-
re dicitur Christo difficile, id dicitur ratione
rei facienda, quæ repugnat non omnino quidem
fieri, sed nonnulli difficultet ex parte sua: Quām
difficile qui secundus habent in regnum Dei intra-
bunt! Facilius est enim camelum per foramen
aues transire, quam divitem intrare in regnum
Dei. Tum verò Dominus explicans, quæ im-
possibilita sunt apud homines, possibilia sunt apud
Deum. Id est, ista impossibilitas vel difficultas ex
hominibus nascitur.

Tertius, cùm difficultas illa ex multis posse
manere causis, hinc sit, ut ex vario cauarum con-
cuso, major aut minor sit difficultas, ac propte-
re etiam unum quid alio difficultius, Christo di-
cetur, quando scilicet ex pluribus humanis cau-
sis difficultas orietur. Unde Apostolus: Impossi-
ble est, inquit, eos qui semel sunt illuminati, gua-
varunt etiam donum cœlestis. & participes facti
sunt Spiritus sancti & prolapsi sunt, rursus renova-
ti ad paenitentiam, id est, hoc & valde difficile
propter illas simul concurretes causas, quæ tan-
tò maiorem difficultatem faciunt, quanto plu-
res ita simul concurrunt.

Quartus, non obstantibus his oppositis causis,
cum non cesset divina Christi Bonitas homines
ad se allicere, terriendo misis, blandiendo pro-
missis, illustrando intellectum, movendo volun-
tatem, & aliis innumeris modis quemadmo. Matth. 23.
dum Gallina congregat pullos suos sub alas: Et ra-
men nolunt, ac pro sua libertate recusant, resi-
stunt, differunt; tunc illud quod difficultius Christo
dicitur, dicitur ei resistere: & quod illi resistit
pertinetius, dicitur illi etiam esse difficultius: Ser. 1f. 43.
Vire me fecisti in peccatu tuu: Præbui st mihi la-
borum iniquitatibus tuu. LABORAVI sustinens; Ier. 6.
laboravi rogans. Laborare fecisti D. minum: nem-
pe resistendo tot gratis, quibus ad se peccato-
rem excitabat, O verè tanto maior malitia resi-
stentis; quantum major est bonitas excitantis!

II. P U N C T U M

SED quod unum sic magis Christo resistit, natu-
ra est homini in peccato indurata.

Iam facta, quæriduanus est enim Sicut expar-
te mortui videtur esse difficultius jam relolutum
in tabem & scoriorem corpus revocare ad vitam;
sic induratum, & multo tempore tabescere
in peccato renovare ad paenitentiam.

Ratiō penitentia ex illo memorata quatri-
duo quo Lazarus in munumento jacuit: & de
quo multi multa, qua ut melius intelligentur,
præmitto quod in hunc locum S. scribit Augustinus: De quatuor, inquit, diebus multa quidem
discipulūs sicut se habent obscura scripturarum,
qua pro diversitate intelligentium multos sensus
pariunt. Dicamus & nos quid nobis videatur sig-
nificare mortuus quæriduanus, quomodo si illo
ex: o intelligentius quodammodo humanum genit,
sic fortis & in isto mortuo multos intellecturi sumus,
diversis enim modis una res significari posset. Ho-
mo quando nascitur, jam cum morte nascitur, quia
de Adam peccatum trahit. Vnde dicit Apostolus, der unum hominem peccatum intravit in
mundum,

N 3

mundum,

mundum, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiit. In quo omnes homines peccaverunt. Ecce habes unum diem mortis, quod homo trahit de propagine mortuus. Deinde crescit, incipit accedere ad rationem, ut legem sapientiam naturalē quam omnes habent in corde fixam: Quod sibi vis non fieri, alij ne fecerūt. Numquid hoc de paginis dicitur, & non in natura ipsa quodammodo legitur furtum vis pati? utique non vis. Ecce lex in corde tuo quod non vis pati, facere nolis. Enī hanc legem transgridunt homines. Ecce alter dies mortis.

Data est etiam lex divini: ius per famulum Dēi Moysēm: dictum est illuc non occides, non machaberis, non falsum testimonium dices, honora Patrem & Matrem, non concupisces rem proximi tui, non concupisces uxorem proximi tui. Ecce lex scripta est & ipsa contemnitur. Ecce terribilis dies mortis.

Quid restat? Venit & Evangelium predicatur regnum Cœlorum, diffamat ubique Christus, ministrat gehennam vitia promittitur aeterna, & ipsa contemnitur, quartus hic est scilicet dies, intelligendo, ut patet, per singulos quatuor dies, diversa quatuor luminum genera quibus humānum genus illuminatum fuit, & quibus le per peccatum suum privat.

His vero quatuor luminibus, quatuor adduntur alia quibus cum se privent Indurati Peccatores, facilissimum erit intelligere, quomodo præceteris peccatoribus resistant Christo. Primum est lumen prudentiæ Christianæ, qua, ut ait S. Thomas, ad bonum finem totius viae recte consiliatur, iudicatur, & præcipit, & qua sola dicitur prudenter simpliciter que in peccatoribus esse non potest; aut si prudentes dicuntur, prudentes sunt in generatione sua, prudentes secundum carnem & mundum, sicut prudens diceretur latro qui conuenientes vias adiunxit ad latrocinandum. An tibi prudens videretur?

2.2. q. 47.
a. 13.

¶ 52. a. 2.

I. 2. q. 68.
a. 5.

Secundum lumen est, quod donum Intellectus & Consilij dicitur, quo prudentia naturalis & humana maximè perficitur & juvatur secundum quod regulatur & moveatur a Spiritu sancto. Ut Idem ait S. Doctor; Hoc se autem privant peccatores, quatenus se habitualiter & sanctificante privant gratia seu charitate, quam ita comitantur doña Spiritus sancti, ut destruta per peccatum gratia, simul etiam dona destruantur.

Tertium lumen est ad resipiscendum & resurgentum à lapsu, quod nisi proponet Deus peccatori numquam resurgeret, nisi vero etiam hoc illustratus lumine velut resurgere, lumen repel-

lit, lumen extinguit. Ipsi fuerunt rebelles lumini, ne- scierunt vias eius, nec reversi sunt per semitas eius. Job. 2. 4.

Quartum denique lumen quod multa continet alia, lumen est internum quo peccatores miserandum suum videant se ipsum, & presentem, & futurum, cuius aspectu terreatur, moveantur, resipiscant. Resipiscant à diaboli laqueis à quo ca- 2. Tim. p̄vi tenentur ad ipsius voluntatem. Hos si vidērent laqueos, si viderent se his implicatos, an vellent in peccato vel ad horā persistere? Quod si hoc tamē non vident, nō est defectus luminis, sed lumen repellens. Et non fuit qui aperiret ex Prov. illis scilicet qui horreda hæc mala non viderunt.

Jam vero quod est præcipuum rei discutendæ Caput, ex horum quatuor contemptu lumen & fiunt peccatores indurati, & magis Christo resistunt. Nam indurari peccato cum nihil aliud sit, quam sic illi assuetere, ut, quod primò erat tantum naturalis quædam libido & inclinatio, fiat consuetudo, & talis necessitas ut non poterit peccator se posse aliter vivere qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitia: Vei privabitur divino illo lumine quod habuisset, nisi sic desperatus esset & abjectus ad proprias concupiscentias: Vei interdum illustrabitur, & sibi notus fiet. Si lumen deest, en induratum hominem, sicut absente sole nigrefcent omnia. Si lumen adest, en rebellerum lumen, en Christo resistente, & Spiritui gratia contumeliam inferentem. Nā cum sit ipsa consuetudinis mole velut oppressus, quantum assurgit ex divino lumine, tantum recedit & resupinatur ex opposita consuetudine. Hæc est videlicet, Hæc est natura indurati peccatoris, ut quantum est induratus peccato, tantum Christo resistat. Quod de se luculentiter confitetur S. Augustinus: Sic intelligebā, inquit, me ipso experimento, id quod legeram, quomodo caro L. 3. Cap. concupiseret aduersus Spiritū, & Spiritus aduersus suam carnem. Ego quidem in utroque; sed magis ego in eo, quod in me approbabam, quam in eo, quod in me improbabam. Ibi enim magis jam non ego; quia ex magna parte id patiebar invitus, quod satisfaciebam volens. Sed tamen consuetudo aduersus me pugnacior ex me facta erat; quoniam volens, quo nolle, pervenieram. Et quis jure contradiceret, cum peccantē justa pena sequeretur? Et non erat jam illa excusatio, qua viderim mihi solebam, propterea me nondum contempno faculo servire tibi, quia incerta mihi esset perceptio. Iam enim & ipsa certa erat. Ego autem adhuc obligatus, militare tibi recusabam, & impedimentis omnibus sic timebam expediti, quemadmodum impediri timebam.

dum est. Ita sarcina sculi, velut somno assoler, dulciter premebat. Et cogitationes, quibus meditabatur in re, similes erant conatis expurgisci voluntiis: qui tamen superatt soporis alitudine, remerguntur. Et sicut nemo est, qui dormire semper velit, omniumque sano iudicio vigilare praestat; dissentiamen plerumque homo somnum excutere, cum gravis corporis in membris est, eumque jam displaceat, tem cernit libens: quamvis surgendi tempus advenierit: Ita certum habebam, esse melius tuae Charitati me dedere, quam mea cupiditati cedere.

Sed illud placebat, & vincebat; hoc libebat, & vinciebat. Non enim erat, quod tibi responderem, dicenti mibi: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus, & undique ostendit vera te ducere; non erat omnino, quia responderem veritatem convicua, nisi tantum verba lenita & somnolenta. Modo, ecce modo sine paululum, Sed modo & modo, non habebant modum: & sine paululum, in longum ibat. Frustra condelectavat legi tua secundum interiorem hominem, cum lex alia in membris meis repugnaret legi mentis mea, & captivum me daceret in ligem peccati, qua in membris meis erat. Lex enim peccati, est violentia consuetudinis, qua trahitur & tenetur etiam in vita animae eo merito quo in ea volens trahitur.

Nonne hoc est Christo resistere, & tanquam magis stimulabat, & retardans magis repellebat stimulantem?

Non sic Dæmon, non sic resistit, nam ita inducatus est in sua malitia, ut nullus à Christo molliatur, aut juvet auxilium ad eam deponendam. Homo vero peccator, vel antequam indugetur, vel postquam est induratus, non carer gratiis quibus emollii possit, si velit, & converti. Si autem pro sua libertate nolit, hoc est quod proprium, hoc est quod unice, hoc est quod maximè Christo testitur, hoc est quod Scriptura gemunt. & deplorandum docent, Percussisti eos non doluerunt; atrivisti eos & renuerunt acceptra disciplinam: indura verunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti. Quasi diceretur, si vellent, reverti possent, nam idcirco percutiuntur, atteruntur & moventur à Domino; sed nolunt, sed renuerunt disciplinam, & hoc ipso quo nolunt, tunc præcipue rebellare ac resistere dicendi sunt.

Audite rebelles & increduli.

III. PUNCTUM.

Si quid est igitur in rerum natura Christo difficile, natura est homini in peccato induratus. Non alia quæ vis natura, quantumcumque sit contumax, illi resistat; non ignis, non aquarum,

non sensibilium aut insensibilium quodlibet rerum genus creaturarum; non Angelorum, non demorum, non Inferni, non mortis; omnia subjecta sunt ei: Sola illi humana se opponit natura, quam inhumana potius dicenda est, quæ se tantæ bonitati opponit, & nisi humanitatem quodammodo exueret, non tam facile incurreret in divinam offendit, aut facilius rediret in Gratiam:

1. Cor. 35.

sinet le moveri, crederet tot motivis relapscentia; justum esse agnosceret, subditum esse Deo: Sed dum homo se potius liberum, quam humum sentiens, libertate sua sic fertur in peccatum, ut consuetudinem peccandi contrahat, & in peccato suo magis ac magis in dies coboretur tunc ille est rebellus adversus Dominum, ille est qui tetendit adversus Deum manum suam, ut est in libro Job. & contra omnij orientem roboratus est, cucurrit adversus eum erecto collo, & pingui service armatur.

Sed quid tandem accidit? quid se tandem illa profert rebellio? quid demum tendit ille tam præceptis adversus Dominum cursus? Audi sanctum Gregorium in illa libri Job jam prolatam:

1. ix. Mor.

Sunt nonnulli qui esti aliquando agere contra omnipotentem Dei iudicium mituntur, ipsa impossibilitate explende sua voluntatis fracti ad se meti ipsos respiquant, atque ad eum, quem contemnere voluerant, convertuntur: & qui discedere longe poserant, si quod vellente implere valuerint, per hoc aliquando salvantur, quia quod nequiter voluerunt, implere nequiviverunt: Vnde ad se redulti, curiosi sunt conditionis aspiciunt, & plangunt se contraria Veritatis voluisse. Et sunt nonnulli qui hoc quod perverse contra Deum appetunt, iusto Dei iudicio implere nequius permittuntur. Et cum eos malitia accedit, potentia roborat, tamè jam semetipso in errore cognoscere nequeunt, quantum in rebus affluentibus extra se semper per potentiam trahuntur: De quorum nunc intentione dicitur: tecidit enim adversus Deum manum suam & contra omnipotentem roboratus est. Contra Deum quippe manū tendere, est in operatione prava, desperatio Dei iudicis perseverare. Et quia tunc magis irascitur Deus quidam permitti impleri quod sattem concipi in cogitatione non debuit, contra omnipotentiam iniquus est roboratus, quia proferari in malo sua actio est permittitur, quatenus & perversa faciat, & tamè saepe virat. De quo adhuc subditur: Cucurrit adversus eum erecto collo. Erecto collo contra Deum currere, est ea quæ Creatori displaceant, cujus auctoracia perpetrare, de quo recte dicitur, cucurrit, id est, in malo opere obstaculum adver-

adver-

adversitate non habuit. De quo adhuc additur, & pinguis cervix est opulenta superbia, affluentibus videlicet rebus, quasi mulier carnibus fulta. Posens igitur iniquus pingui cervice contra Deum armatur. quia rebus temporalibus sumens contra praecepta Veritatis quasi de magnitudine carnis erigitur. Habent enim hoc potentes & iniqui proprium, ut fallacibus devitiis occupati, veras Dei opes negligant. & quantum minus quod verum est inquirunt. tanto amplius falsis ducijs extollantur. Cura etenim multiplex terrenarum rerum quia occupat, excusat, unde adhuc aperte subjungitur: Operatus faciem ait usus crassitudo. Id est, oculos mentis premis seu circumferentem mentis adduxit, ut Idem sanctus Doctor prosequitur fusius.

L. 2. in Exod. c. 18.

Ex quibus videas quod quarebatur, quod tandem spectaret illa tam pertinax contentio quo induatus peccator resiliit Christo, nempe in exercitatem mentis, & gravorem quandam duritiam. Undenihil expectes quam sempiternam eius mortitum. Se prius ipse peccator excusat & inducat ut dictum est; sed postquam diu multumque revocanti Christo resiliit, cum & ipse Christus sibi resistenter excusat, & inducere dicitur. Sic de Pharaone & inde de aliis omnibus S. Augustinus: Vi tale eri haberes Pharaonem quod patientia Dei non moveretur ad pietatem sed potius ad impia eum, virtus proprius fuit: Quod vero facta sunt ea quibus cor, suo virtu tam malignum resisteret iussionibus Dei, hoc est enim quod dicitur in duratum, dispensationis fuit: divina quā tali cordi non solum justa, sed & evidenter justa & poena parabatur, quas timentes Deum corrigerentur.

Istam autem quam vocat dispensationem tristibus hinc fieri modis docent Theologi, negative, permissivè, & per occasionem. Negative, quatenus subtrahit vel non impetrat illa majora interna, & externa auxilia, quibus per se & or magis illustratur, quā si non ira Christo resiliiset. Permissivè, quatenus permittit diabolo tentationes quibus hominem impetrat, & expugnet, quas non permisisset, vel quas homo superfluerat. Per occasionem, quatenus positivè vel permissivè, causa est aliarum rerum ex quibus ille peccator occasionem accipit magis peccandi, vel errandi circa peccatum suum, vel sibi sic blandiendi, ut non illud agnoscat, vel neglegat, vel presumat, vel desperet se unquam correcturū, sitque tandem peccatum illud, quod neque in hoc saeculo, nec in alio remittetur: Non quod remitti non posset, sed non remittetur, quia peccatorem non paenitebit, in peccato suo morietur.

Quod praedictae admodum in illa verba Jobi de Uro. Si destruxerit, nemo est qui edificet; si in Tob. 12. cluserit hominem, nullus est qui aperiat: S. Gregorius sic illustrat: Omnipotens Deus humanum cor L. 11. M. destruit cum relinquit: adificat dum replet. Neque s. s. enim humanam mentem debellando destruit, sed recedendo, quia ad perditionem suam sufficit sibi dimissa. Unde plerumque fit ut cum audientis cor, exigencies culpi, omnipotens Deus gratia non replet, incassum exterius a predicatori moveatur.

Observa verbum, replete, nam potest quis habere gratiam, & non replete gratia, quando itaque puari privatione grata dicuntur indutri, non de omnis gratiae privatione intelligas, sed de illa pleniori quam receperint si non essent indutri, aut si non punirentur.

Ad alterum porro propositum Scriptura membra, Sanctus Ierius hominem, nullus est qui aperiat, sic pergit S. Doctor: Quia omnis homo per id quod male agit, quid si non quā Conscientia suis carcerem facit, ut hanc animire reatus permaneat, etiam si nemo exterior accesserit? Quia cum iudicante Deo, in malitia sua cacciate relinquitur, quasi intra semet ipsum clauditur, ne eavendis locum invenient quem invenire minime meretur. Nam sive nonnulli à pravis affectibus exire cupunt, sed quia eorundem actuum pondere premuntur, in male consuetudinis carcere inclusi, à semetipsis exire non possunt. Et quidam culpas proprias punire cupentes, hoc, quod recte se agere estimant, in graviores culpas vertunt: si que modo miserabili, ut, quod exitum purant, hoc inclusione inveniant. Dicatur ergo, si incluserit hominem, nullus est qui aperiat, quia scilicet nemo obsserbit largitatis vocantis, ita nullus obvius & justitie relinquerit. Includere itaque Dei, est clausis nō aperire? Unde c. ad Moyensem dicitur de Pharaone: Ego obdurabo cor tuum, obdurare quippe per iustitiam dicitur Deus, quādo eor reprobum per gratiam non emollit, Recludit itaque hominem quem in suorum operum temeritatem relinquit. Qualis hoc ipsum rufus diceret, & confirmaret, quod paulo ante dictum est de exercitate, & obdurance, qua primo est ab ipso homine seti per suam obstinationem indurante, cum à Deo post multas impertitas, & recusatas gratias sic deferente hominem, ut, cum propter eius in veteratam consuetudinem opus esset robustioribus auxiliis ad resurgentem, tantum abest ut illa robustiora dentur, quin potius solita minuantur, atque ita tandem fiat, quod ait Sapiens & quod declaratum est in 3. p. Dom. 9. Cor du- Eucl. 4. ruru habebit male in novissimo.

Vide & supra in hac parte, Fer. 2. Hebdomada 17.

Nec verò tantis hic opus est ad declarandum thesism, quantis ad hypothesim demonstrandam, qua tibi, Lector, vel Auditoribus tuis, illa omnia particulatim applies, qua de induratis universum commemorata sunt: Te illum scilicet esse ni caveas, qui assuetus peccato, gravem illam pravæ consuetudinis molestia tibi accersas, & imponas, unde paulatim indurescas, obtenebris, deferaris, & percas. Satisne provides extirpanda superbia, vanitati, acedia, inuidia, similibusque virtutis? Nonne jam pridem in his obduruisti? Nonne saltem periculum, ne alios agant radices, & penitiora cordis possident? Nonne tibi regius Psaltes, & Apostolus hodie suum illud incitamentum inspirare videntur, *Hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra*, Quo die scilicet vox illa Ch. si auditur, *Lazare veni foras*, vox illa Domini est quæ si auditur, non sunt obduranda corda, ne forte post non audiatur. *Dicit Dominus duc uocem tuam virtutis*. Tu qui iussisti famulis tuis Moysè & Aaron ut loquerentur ad per tram, & illa daret aquas. Tu qui offibus aridis ut audirent verbum tuum præcepisti, clamante Propheta palam tuo iussu: *Offa arida, audite verbum Domini*, Tu cujus verba sunt quasi malleus conterens petram. Tu qui Lazarum licet quadridianum, & scutidum è monumento suscitasti. Tu qui affirmas venisse horam, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audiant vocem filii Dei, loquere vel mihi Lazarus: vel mihi Lazarus inclamanti, mecum loquere, vel ego tecum, *Lazare veni foras*; Miser & induratus peccator, incipe te hodie nosse, vide quām sis illi: similis mortuo quem funesta pravae peccati consuetudinis moles premit! *Veni foras*: ne dūtius similes peccatum tuum, ne tibi palpes, ne tibi abscondas; agnosce qui sis, agnosce quām sis alienus à statu morituri & judicandi. *Veni foras*: extra illam tuam libidinem, que te captivum tenerit lege peccati, agnosce infamem tuum statum, egridere, veni quo te vocat Christus tuus.

Lazare, quem jacentem & mortuum profundis lacrymus deplorat Christus, veni foras ad

vulnum illum spectandum, qui tuo pudore ruit, qui tuis illacrymatur miseris!

Indurate peccator! credis scripturis? credis Deo qui toties, & tam multa dixit contra cordis tui duritiem? Purasne te tutum vivere, qui non ignoras te in peccato esse obstinatum: aut si hoc ignoras, putasne hanc futuram ignorantiam indemnum & impunitam?

Obstinate! quid te in peccato retinet? quid te à peccato retrahit? *Veni foras*, ut quām sint hæc longè dissita, species artentius.

Veni, & vide quid à te queritur? Nihil proios quod non possis: Non jejunia, non elemosynæ, si non possis: non longiores, quām quas commodè possis, preces fundere, non quidquid extra te est; sed hoc unum quod à te totum est, ut te präteriorum pœnitentia, & seruò resipicias. Eriam si Christus non venisset, & locutus esset, nonne satis erat momentorum salutis negotium cui procurando nihil negares opera, nihil laboris? Nihilne verò dabis Christo? Nihilne proderit quod Christus venerit, quod sit locutus, quod fleyerit, quod terrogari, & te ad se invitari?

Perge in his affectibus, quantum aspiraverit gratia, & vide in 2. parte, in die Ascensionis Domini hanc veritatem ibi expositam:

Sedentem in cœlo Christum, & inde nobis loquentem non audite, periculosis est, quām dum in terris loqueretur.

Multa his etiam conformia passim habentur, quæ collecta videri possunt in 1. parte, Dom. 4. Adventus; & in 2. parte, Dominica Sexagesimæ.

Nec aliena forent à suscitato Lazaro quæ de aliis duobus mortuis suscitatis jam dicta sunt, & in plures Veritates distinctæ: In 3. parte, Fer. 6. Hebdom. 9. in 4. parte, Dom. 15. & 23.

Hayneus pars quarta.

Oo

F RIA'

FERIA QVINTA.

DE CONSILIO PONTIFICVM ET PHARISÆO-
RUM COLLECTO POST SUSCITATUM
LAZARUM: UBI HÆC CAIPHAS
PROPHETAVIT.

Expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo. Joann. II.

VERITAS PRACTICA.

Non minus expedit ad salutem ut vetus homo moriatur in nobis, quam ut novus homo moreretur pro nobis.

RATIO EST. Quia quæcumque efforatur causa propter quam expediebat novum hominem mori pro nobis, si causa illa nullum habet effectum, nisi etiam vetus homo moriatur in nobis, non minus expedit hunc veterem hominem mori, quam novum.
Sed causa illa nullum alioquin habet effectum.
Ergo non minus unum expedit, quam aliud. Atq[ue] ita prorsus quanti à nobis fieri debeat perfici mortificationis interne praxis, patebit evidenter.

PUNCTUM.

AUDITO à Judæis stupendo illo miraculo, quo Christus quadriduanum mortuum suscitarat, Collegerunt, inquit Evangelista, Pontifices & Pharisæi consilium, & dicebant: *Quid facimus?* quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Vnde autem ex ipsis, Caiphas nomine, cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis, *Vos nesciis quidquam nec cogitis.* quia expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetavit, quia Iesus moriturus erat pro gente; & non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum.

In qua lacra narratione cùm multa sint quæ ad fructum utiliter expendi possent, tum illud maximè, quod ille dixit qui Concilio præside-

bat Pontifex: *Vos nesciis quidquam nec cogitas, quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo.* Tria sunt enī quæ admirationem hujus acti faciunt; Primum, quod tam piētam impius de futura Christi morte prophetavit; die videlicet Pietas & Veritas possunt etiam per impios nobis prædicari. Secundum est, quod ita quidem p̄ locutus est Caiphas, ut impie simul quod dixit, dixerit: p̄ quidem locutus est à semetipso, sed à Spiritu Sancto id agere; & intendeant ex verbis ejus, ut mox Christi prædictetur: sed impie simul hoc ipsum dixit, quatenus ea mente dixit, ut persuaderet Concilio cui præterat, melius esset hunc hominem licet innocentem morti adducerent, quam ut propter ipsum omnīs populus perderetur a Romanis, quod erat impium & sceleratum sic de Christo sentire, & loqui. Sic tamen Deus perversis hominum voluntatibus, seu dictis & factis bene utitur. & ea ad divinos suos fines convertit, sicut Joseph dicens in statibus suis: *Vos cogitatis de me malum, sed Deus veritus illud in bonum.*

At quod tertium est admirandum in verbis illis: *Expedit ut unus moriatur homo:* non verba, sed res ipsa est quae omnem superat admirationis modum. Quale hoc enim, Deus immortalis, quale hoc ictus est, quod illis verbis continetur? *Quid est quāmodō ita expedit ut unus homo moriatur pro populo?* Quis ille unus moriaturus? Cur ille unus præcateris? Quo tandem mortis genere? Nonne sufficiebat pati, nec mori: aut si mori expedit, cur ita pati?

Etiamsi horum nesciremus rationem, non est tamen dubium, quin ita expedierit, & oportuerit pati ac mori Christum, quandoquidem ita Spiritus Sanctus expedire pronuntiavit; Sed aliud; et inde ad proximū consequens, quod non ita forte pati, nec mori creditur, & quod tamen non minus

minus expedit, nempe, *Vt*, sicut novus homo pronobis, ita & *vetus in nobis moriatur*. Hoc est scilicet, hoc est penitularius considerandum. Considerationis autem summa est ut firmiter illud apprehendamus, atque omnino per seipsum habeamus, perinde unum atque aliud expedire.

Nor potest vero id manifestius persuaderi quam declarando unam amborum esse causam; sic enim ratiocinari fas est ad necessariam inde consecutionem inferendam pro morte veteris hominis: Si causa quae affectur, quæcumque tandem illa sit, propter quam expediens novum hominem mori pro nobis, si causa, inquam, illa nullum habet effectum nisi etiam vetus moriatur in nobis, perinde profecto expedit hunc veterem horam mori, sicut novum. Quid clarius? Nondum indagatur causa, cur novus homo sit mortuus, nec dum etiam expetur, quid sit veterem mori hominem; hæc facile postea fuggerentur; quod unum hic premitur, & urgetur, hoc est, quacunque data causa cur expediterit novum hominem mori, si ostendatur nullam esse talern causam nisi simul homo vetus moriatur, sic planè simul ostenditur, non minus expedire hunc veterem hominem mori, quam novum. Nonne id evidens?

Quoniam aptius modo concluderes necessarium fuisse salutem hominum, ut Christus carnem sumeret, ut pataretur, & moreretur; Nonne sic dices? Si nulla est hominum salus nisi Christus in carceretur, pataretur & morieretur. Sic prouersus homo ad rem nostram: Si mortuo etiam novo pro nobis homine, nulla est salus nisi vetus homo simul moriatur in nobis perinde; et cetera et ad salutem mors hujus veteris quam novi hominis. Quid similius, quid evidenter? Nonne sic talen Fidei, Baptismi, & Pœnitentie necessitatem, atque ipsius Christi mortis, Christus ipse demonstrat, quando his, aut similibus ait verbis: *Nisi credideritis, nisi baptizati fueritis, nisi pœnitentiam habueritis, non intrabitis in regnum Dei*. Omnes similiter peribitis. Si non credideritis quia ego sum, moriemi in peccatis vestris, quasi dicieret; si causa cur ego sum, suo fructu retinet effectu nisi credideritis quia ego sum, non minus expedit vos id credere, quam me esse. Sic plane, si causa cur novus homo si mortuus, nullum habet effectum, nisi & vetus moriatur, nonne hunc expedit ex quo mori ac novum? Vellesne talen cau-

sam suo defraudari effectu? Vellesne talen tibi effectum depetrere?

IL PUNCTUM.

SED causa illa nullum alioquin habebit effectum.

Non una sed plures à sanctis Patribus deferuntur cause quas Divus Thomas collegit, In 3 p. 91 & leonis tribus in locis refert, cum nempe 46. Et 50 quærit utrum conveniens aut necessarium futurum Christum incarnari, pati, & mori. Dic porro quacunque voles, nihil dices quantum ad causæ verum effectum, nisi simul cum morte novi hominis inclusas mortem veteris. Visne quod multis placet, idcirco expeditissime ut novus homo moreretur, quia sic vehementius nos ad te attrahebat, nos ad amorem tuum provocabat? Sed quis efficitus hujus causæ nisi hunc novum ames hominem? Et quomodo hunc amabis, nisi concupiscentiam reprimas, & veterem cum ipso crucifigas hominem cum astibus suis? Nam sicut qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt eum vitis & concupiscentiis, sic placet qui sic carnem non crucifigunt non fuit Christus, & quos vocat Apostolus inimicos crucis Christi, Phil. 3. Iuos Christus vocat inimicos,

Vis pro causa proferre quod sic definitum ac statutum erat divinitus, non placandum homini Deum, nisi novus hic homo moreretur? At nunquid eodem statutum est divino consilio, nunquam homini Deum reconciliandum, nisi & ipse homo secundum illum quem dicimus veterem statum, aut hominem moreretur? Quæ pax cum Deo, cuius voluntati tantum resiliunt, quantum in te vetus homo vivit? Quis resiliit Iob. 9. ei, & pacem habuit?

Placetne magis causam asserte, ut aspecta Christi morte dicceremus mortem non timere? Sed quis mortem potius non magis timeat, si post Christi mortem noluerit in te veterem mori hominem?

Dices fortè commode id ira factum à Christo, ut, quantum est peccati malum, agnoscemus, atque ita illud vehementius fugeremus. Ita et verò dices te peccatum fugere, nisi quæ malorum omnium radix est, concupiscentiam reprimas, & morti tradas quantum mori potest? Quod siad nostros inimicos fortius debellandos, & prosterrandos referas causam Christi morituri, sicut de Samsonе dicitur quod multo plures interfecit morient, quam ante vi-

Ind. 16.

vus occiderat: quomodo id proferre audebis nisi veterem simul hominem moriturum concedas, cum per illum viventes hominem nostrum & quem vivant in nobis inimici, & tam atrociter in nos effeariant, quam si Christus non esset mortuus?

Denique, si quod habet Evangelicus texus, & quod unum cetera continet, sic expediebat nobis ut unus homo moreretur, ne tota gens impetraret, si tu hanc causam magis urgere velis quam alias, magis etiam urgeberis ad concedendum quod intendit, cum nisi vetus homo moriatur non minus tota gens pereat, quam si homo ille, quem mori expediebat, non esset mortuus. Quid est enim gentem perire, quo sensu à Spiritu sancto assertur, nisi animas damnari, nisi homines in peccato mori? Quid est vero cur homines in peccato moriantur, nisi quod affectus pravos circa res temporales non deponant, unde nulla formetur contritus, vel atritus, ac proinde nulla peccati remissio? Quid postremo tandem est causa, cur istos non deponant affectus, nisi quia vetus homo non est mortuus, nisi quia semper vigeret & regnat in animo, rerum concupiscentia, qua sicut causa est peccati, sic & causa est perditonis. Nonne hoc est quod supra tam sacerdote est demonstratum, ac praesertim hisce tribus propositionis Veritatisbus?

In 1. p.
Dom. 4.
Advent.

Licet omni peccatori sit necessarium penitendum, vix tamen ullus est qui necessariam agat penitentiam.

In 2. p.
Dom. Se.
ptuages.

Quae causa est cur pauci salvi sint, haec in te causa est, cur ex illis fortè non sint.

In 2. p.
Sabbato
post Cineres.

Si ordinatis ad salutem mediis non uteris, Mediatore Christo abuteris.

Rom. 6.

Recole quae ibi dicta sunt, & videbis non minus perire homines non mortuo vetero homine quam si novus non esset mortuus; ac proinde si hanc profers causam, cur hunc mori expediatur, non certorem habebit effectum, quam illæ priores aliae, qua nullum profutus habent, nisi vetus homo simul moriatur. Hoe scientes, inquit Apostolus, quia vetus homo noster simul crucifixus, est, ut destruantur corpus peccati; Quasi diceret, ut vere peccatum destruantur sicut debet destrui ad plenam eius remissione, debet vetus homo noster esse crucifixus, & mortuus: Atque hoc ita est consequens, & connexum cum illo novo

qui crucifixus est homine, ut simul vetus sit crucifixus. Magna vis est in illa vox simul, nam perinde est ac si dicat, si primò factum est in novo homine, ut post idem fiat in veteri, aut nisi fiat idem in veteri, nihil in novo factum est.

III. P U N C T U M.

H IN C ergo patet Veritas, Quod non minime expediet ad salutem ut vetus homo moriatur in nobis, quam us novus Homo moreretur pro nobis, cum ex omnibus illis causis, quæ demonstrat quā expedit novum mori hominem, nulla sit quæ non idem concludat de veteri; nulla sit quæ suum habeat effectum, nisi simul cum novo vetus moriatur; nulla una denique sit, ex qua non modo id inferatur quod intendimus, sed multò etiam magis quam ex proposita Veritate contendimus. Quod enim habet Veritas, non minus expediet ad salutem ut vetus homo moriatur, quam novus, hoc ita rationes allatae probant, ut non modo non minus, sed magis etiam id expedire ostendant. Nam cum ex illis rationibus intelligatur mortem veteris hominis esse velut finem & effectum mortis novi, profecto quā certò constat, finem in omnibus esse magis spectandum, quam quæ ducunt ad finem, tam certum & constans esse debet, mortem veteris hominis magis expedire, quam novi. Unde si audimus Christum vel exultasse, vel doluisse cum ad mortem properaret, non alia magis de causa diversos istos affectus induit, quam exproposito sibi sine sua mortis.

Exultabat scilicet quod nobis monstrat et viam mortis, & vitæ. Dolebat vero quod pauci viam illam se parentur. Ita vero propterea gravius angebatur quam de doloribus corporis sui, quia quisquis sapiens magis dolet de privatione finis intenti, quam de mediis quibus intenditur. Vide in 2. parte, Feria 5, prima Hebdomada in Quadragesima, ubi de dolore Christi ex perituriis, & damnatis hominibus, pro quibus frustra passus erat.

Atque hinc triplex moriendum cum divina gratia non parvè efficax revocandæ ad proximam hujus Practicæ Veritatis, de morte veteris hominis.

Primum est, Necesitas, quanta scilicet & major etiam quam ipsius novi mors hominis, quem si expediebat morire periremus; sic planè magis nos mori expediat ob eundem finem: alioquin & perire, & periret quidquid Christus pro te vivens egit, & moriens. Ut quid perditio Matthæi.

Secun-

Secundum est, *Aequitas & decentia quædam tam rationabilis*, ut non modò fidei, sed ratione sit quodammodo renuntiandum si post tale mortis exemplum, quod nostri causa novus homo subire voluit, noimus nostrum veterem mori hominem. Quid enim vetus iste pre nos
xt. 24. vo? Si sic oportet Christum pati, & ita intrare in gloriam suam: adeone vefani erimus ut nobis non ita moriendum putemus, ad candem participandam gloriam? Nollesne cum illo beatus esse? At quomodo cum illo confurges nisi cum illo moriaris? Potestne quis resurget à mortuis, nisi fuerit mortuus? Mirum certè videri nobis deberet quod etiam mortuus concederetur cum illo resurgere: Nos enim omnes quid sumus? At quantum magis stupendum stupore quodam horrendo, si cum illo resurget reprobandus non eriam cum illo mortuus. Vide in die Paschæ, ubi hæc gemina Veritas exhibetur:

Nemo cum Christo mortuus, qui cum ipso non resurgat.

Nemo cum Christo resurgit, nisi qui cum ipso sit mortuus.

Tertium est Facilitas, & suavitas hujus mortis, si præsertim comparetur cum asperitate mortis Christi. Videsne quantos in Cruce moriens ferat cruciatus? Si tanti à te querantur, nonne Christus, nonne salus, nonne infernus evitandus, nonne coelum possidendum hos à te sicut à cæteris Martyribus merito tolerandos exigent? Sed pone metum: Non hoc à te exigitur, non cruces, non cilicia, non flagella, non alia etiam jejunia quān quæ fieri vulgo solent. Quod unum petitur, nolle peccare est; Non dicitur, non peccare, quis est enim qui non peccet? sed nolle peccare, id est, non peccare ex affectu, ex affectu voluntario rei creatae cuiuslibet, hoc est veterem hominem moti cum actibus suis, Sentitur licet affectus, licet animum moveat, pulser, incitet, molliat, & quovis verset impetu; tolerantur ista, nec adesse verantur, sed absit consensus, absit affectus, absit voluntarius inde sequens affectus, & vetus homo est mortuus.

Adeone peccatum placere potest, ut non sit satis peccare vel ex impudentia, vel ex infirmitate, vel ex repentinio quodam impetu, nisi etiam

ex complacentia vel ex affectu pecces? O de-
testandum affectum rei supra omnes detectabili-
lis, quale est peccatum! Nec dicas te ron affici
circum peccatum: Nam inordinatus cuiuslibet
rei affectus, quem emendare nols, affectus pecc-
atist: & donec talis affectus deponatur, ve-
tus homo sic in te vivere dicitur, sicut illo affec-
tu deposito dicere vult mori.

Multæ his conformes passim occurrent Ve-
ritates, ex quibus hæc præcipue videri debent:

Vetus homo Christus, veteris ho-
minis est ruina, vel vetus noster ho-
mo ruina est nascentis novi homi-
nis.

In 1. parte, Dominica infra octavam Nativi-
tatis.

Quanta est modò nobis obligatio ad
non suscipiendam circumcisionem
legalem, tanta est ad suscipiendam
spiritualem.

In 1. parte, die 1. Ianuarii.

Non quid liceat, sed quid magis expé-
diat.

Die 8. Ianuarii.

Tantum proficies, quantum à te desi-
cies.

In 1. p. Fer. 5. Hebd. 4. post Epiph.

Sicut à veteri lege, sic à veteri homine,
unicuique Christiano est abstinen-
dum.

In 1. parte, Sabbato Hebd. 5. post Epiph. Vobis
fusius explicatur quid sit in praxi depositio hujus
ce veteri hominii.

Sicut martyrio vita naturalis, sic mor-
tificatione vita sensualis.

Id est

Sicut ne pereat fides, perdenda est
martyrio vita naturalis: sic, ne per-
eat fidelitas, perdenda est mortifica-
tione vita sensualis.

Q. 3

In 1.

In 1. parte, de Communi sancte Martyr.

tificaberis.

Nemo cum Christo candidus, nisi sit
simil cubicundus.

In 3. parte, Feria 4. Hebdomada quinta.
Videri etiam possunt tres postrema Feria Heb-
dom. 13.

In 1. parte, Dominica Passionis, & tota ibi se-
quentes Hebdomada.

In morte immortalitas.

Qui non vult mortificantem Domi-
num, non vult vivificantem.

In patientia impassibilitas.

In 3. parte, die 26. Iulii.

Feria 2. & 3. Hebdomada Resurrectionis Do-
mini.

Satius esset nullo die velle vivere,
quam non omni die velle cum Chri-
sto mori.

Mortificatione potius tibi sunt omnia
subtrahenda, quam quid mortifica-
tioni detrahendum.

In 3. parte, Fer. 5. secunda Heb.

In 3. parte, Die 24. Augusti.

Quod minus concupiscentiae mortifica-
bis, eo magis à concupiscentia mor-

Quae autem ex hac 4. parte videri possent,
videri possunt facilius in indice, quam ut indi-
centur hic fulsius.

FERIA SEXTA. DE MATER FILIORVM ZEBEDÆI, PETENTE PRIMAS SEDES SUIS FILIIS.

Dic ut sedeant h[ab]ent duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram, in regnotuo. Matth. 20.

VERITAS PRACTICA.

I. PUNCTUM.

Sic petendus à Deo status, ut, non quem quisque
velit, Deus donet: sed quem Deus donet
quisque velit.

DISCEDENS à Bethania dominus
pergebat Hierosolymam cum duode-
cim discipulis, quibuscum & lemo-
nem serebat de instanti sua Passione &
Resurrectione. Tunc verò, inquit Evangelista,
accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis
suis Jacobo scilicet & Joanne, adorans & petens
aliquid ab eo. Qui dixit ei, quid vis? Ait illi,
Dic ut sedeant h[ab]ent duo filii mei, unus ad dexteram
tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Re-
spondens autem Iesus dixit, Necis quid petatis.
Poteftib[us] bibere calicem quem ego bibirurus sum?
Dicunt ei, possimus. Ait illis, Calicem quidem
meum bibitis, sedere autem ad dexteram meam
vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus
paratum est à Patre meo.

Hic

RATIO EST. Quia sic petendus à Deo sta-
tus est, ut status possit esse certa vivendi regu-
la.

Atqui ut status possit esse certa vivendi regula,
non quem quisque velit potendus est, sed quem
Deus donet.

Ergo hic est à Deo petendus status, & non aliis;
aliisque nescitur quid petatur.

Hic inter alios apertissimè sanctus Joannes Chylostomus, Patitur sapè Dominus discipulos aliquid non recte dicere, aut agere, ut occasio nem inveniat exponendi regulam pietatis. Non recte igitur discipuli à quibus mater fuerat sollicitata, & quos ipse Dominus arguit; at verò hinc sapientissimè Dominus regulam pietatis seu normam piè vivendi proposuit, cùm dixit, à Patre suo, seu à divina providentia statu virtè degendæ est expectandos, non autem pro sua euque cupiditate ambiendos. Quod ut altius animis nostris insigatur, lice inde veritas modò expendenda elicetur: *Sic petendus à Deo status, ut, non quem quæque velit, Deus donet; sed quem Deus donet, quisque velit.* Ratio est varia & multiplex, quæ sic tamen paucis contrahitur: Sic petendus à Deo status est, ut status possit esse certa vivendi regula. Primo explicetur quid status. Deinde cur petendus à Deo. Ac tertio quamobrem designetus certa vivendi regula.

De primo, per statum hic intelligitur persona quædam conditio permanens, ac velut immobilis, aut, ut ait sanctus Thomas, *non ex aliqua causa levii, vel de facili mutabilis.* Et paulo post distinguens hæc tria, officium, gradum, statum: *Officium, inquit, sicutur per comparationem ad alium: Gradus autem dicitur secundum ordinem superioritatis, & inferioritatis. Sed ad statum requiriuntur immobilitas in eo quod pertinet ad conditionem personæ.* Sic dicitur status Clericalis, sive Ecclesiasticus, vel Laicus; Status Matrimonii vel Coelibatus; Status religiosus vel sacerdotalis. Sunt nempe hi tres principiū status vel ordines ad quos alii omnes referuntur: unde sanctus Gregorius, *In tribus, inquit, ordinibus sancta Ecclesia constat, conjugatorum sordelice, continentium, atque Rectorum;* unde & Ezechiel tres viros liberatos videt, *videlicet Noe, Daniel, & Iob;* & in Evangelio Dominus, dum alios in agro, alios in telo, atque esse in molendino alios prohibebet, tres procul dubio in Ecclesia ordines ostendit.

De his paulo fuisse sanctus Bernardus: *Hoc mare magnum & spatiosum, in quo utique certum est nihil aliud quam presens faculum amarum & fluctuantem designari, tribus hominum generibus suo cuique modo pervium est ut transirent liberati. Tres enim sunt, Noe, Daniel & Iob, quorum primus navi, secundus ponte, tertius uadotransit. Porro tres homines, tres ordines Ecclesiastici signantur.* Noe quidem arcam rexit ne peri-

ret diluvio, ubi protinus Rectorum Ecclesia formam agnosco. Daniel vir desideriorum, abstinentia & castitia dedidit, ipse est filius Deo uans, paupertatum & continentium ordo. Iob quoque substantiam hujus mundi bene dispensans in coniugio fidem designat populum terrena licet possidentem.

Sub his verò statibus quām sint alii multiplices, & diversi quis non videt? Sic nempe divina Providentia factum est, primo quidem ad necessitatem vitæ humanæ quæ sic exigit, ut le mutuis homines juvent officiis, & variis officiis actibus, sicut corpus humanum diversis membrorum ac partium munerebus. Deinde verò ad decorum universi quod non modò variis constat creaturis, sed distinctis etiam inter homines ordinibus, & ministeriis, ut, quandoquidem homo microcosmus seu parvus mundus dicitur, non deflet in illo varietas quæ in majori mundo spectatur, & elueficit. Denique divinum hæc diversitas spectat cultum; quām enim sunt varii hominum status, tam variis ipsi homines Deum colunt modis: qui cùm in una religione, atque in uno Spiritu uiuē aduarentur, non minorem Deo reddunt cultum in via, quām exhibebunt in patria, dum suis quisque distinguuntur meritis, & coronis.

Aude quod, sicut in variis creaturis perfectiones divinae representantur, sic in diversis statibus diversi gradus perfectionis, quos Christus universos possidet. Non poterat una simplex creatura Deum representare, idcirco plures sunt condita, quæ ipsam suo modo contineant quod una simul complecti nequit. Sic neque poterat unus aut alter status Ecclesiæ tam multiplices, quibus abundabat Christus, gratias continere, quamobrem variis fuerunt ordinandi, quibus disfundentur uberioris; quod illud Psalmi refert sanctus Chylostomus: *Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Hanc, inquit, vestem rex texuit, enque illam per Baptismum induit, quoniam enim in Christo baptizatio est, Christianum induit. Antea enim era nuda, turpis, & inhonestæ, exposita omnibus qui transibant viam. Ex quo autem illam vestem induit, evedet est ad illam altitudinem.* & ut à dextris staret digna fuit habita. Pulchritudo autem ipsam quoque describit varietatem, non constat autem vestis ex uno tantum genere, neque enim licet servari tantummodo ex gratia, sed fide quoque opus est, & post fidem, virtute. Quasi diceret, non id tantum

tantum consistit in interna gratia, sed in exteriis quoque ministeriis, ad quæ quicunque fidelium destinantur si modò se finant regi.

Secundum est quod explanetur, cùm sint videlicet tanta varii status, ac variis etiam statuum gradus, cavenda hic potissimum naturæ corruptæ pravitas, quæ velut hedera sursum semper adrepit, & parietem cui adhaeret, paulatim exedit, & evertit. Hoc est filiorum Zebedæi ambitio, quæ primas e blanditur sedes, sola suæ cupiditatis ratione habita, non divinæ dispositio-
nis, cuius unus est de unoquoque nostrum sta-
tuere quid particulatum velit.

Neque vero sola cavenda est ambitio, sed & voluptas, & avaritia, quæ non primas quidem sedes semper ambient, sed commodiores, suauiores, aquæ hinc sæculo conformiores; quæ perversa mentis cupiditas non minus obstat potest divinis consilis & decretis, quam si alio-
tiora quæ ercentur subcellia. Quamobrem quod dicitur petendum esse à Domino statum, perinde est, ac si diceretur, cavendam esse pravam illam concupiscentiam, quæ se semper in eli-
gendo vitæ statu, nisi caveatur, obstruit: & summissis Deo quibusvis cupiditatibus, divi-
num illud & summum agnoscendum est domini-

I. Reg. 2. nium, quo, ut aijunt Scripturæ, Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & sublevat, susci-
tat de pulvere ogenum, & de stercore elevat pau-
perem ut sedeat cum principibus & solum gloria

Ps. 74. teneat. Et brevius nec minus efficaciter: Hunc humiliari & hunc exaltat, quia calix in manu Domini; hoc est, propria cujusque fors & con-
ditio sic ab eo pender, ut, nisi quam manu te-
net, & proponit sortem accepimus, nulla no-

II. Reg. 1. bis si: propria. Louere Domino, quia audi ser-
vus tuus. **V. I. S.** tuas Domino demonstram hihi,

Ps. 24. & semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua.

141. Notam fac mihi viam in qua ambulem. Do-
ce me facere voluntatem tuam quia Deus meus
est tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram

Ecccl. 37. rectam. Sic alia Scripturæ præscribunt ut de-
preceris Altissimum, ut dirigat in veritate viam

tuam. Id est, prout ipse cognoscit.

Inter multas autem rationes cur ita sit peten-
dus à Deo statu, ista magis est ponderis, quod cùm status sit quedam vivendi regula, conan-
dum omnino est ut sit certa, secura, recta. Nam, ut ait sanctus Dorotheus, si regula prava est, to-
cum id depravari contingit quod ad illam re-
gulam exigetur. Quod spectat illud Domini: si

oculus tuus nequam fuerit, etiam corpus tuum

enebrosum erit. Cœrus si caco ducatum pre-
stet, ambo in foveam cadunt. Ita planè si quis
dubitet quas expensas facere possit in mensa, in
vestibus, in domestica supellecili, atque etiam
in eleemosynis & quibusvis bonis operibus:

quasi tempreces, qua jejunia, quibus denique
abstinere, quæ agere, & quæ pati potissimum
debeat; Hoc à statu petendum est, hoc inde
prosorsus pendet. *Videte, inquit Apóstolus, voca-
tionem vestram*, quasi diceret, vultis scire in du-
biis quid mali vel boni sit: quid fugere, vel
amplecti debatis, *videote vocationem vestram*.
Illa discerner, illa dijudicabit, illa dicet uni esse
malum quod bonum dicet alteri, & verè dicet
si vera est vocatio, si certa est & secura regula,
sed si non certa, non secura, quid videbis viden-
do vocationem tuam nisi decipulam, & fove-
am qua capiaris & pereas? *Formido, & forsa* **ff. 24.**
& laqueus super re qui habitator est terra, id est,
si tuunicæ spectas statum, ut non sit certa vita
regula, sicut spectare solet qui terræ dicitur ha-
bitator, qui terra dicitur, non cœli cultor &
amatör.

II. P U N C T U M.

ATQVI ut status possit esse certa vivendi re-
gula, non quem quisque velit petendus est,
sed quem Deus donet & destinet.

Non est enim certa vivendi regula, nisi pro-
ut subiectus & subordinatus primæ & summa
vivendi regula, quæ lex æterna est, ut expressè
habet Divus Thomas: Status autem quem **12 ff. 11.**
quisque velit, hoc ipso satis intelligitur noa
esse subordinatus legi æternæ, quo hic distingui-
tur à statu quem ordinat Deus. Et revera si
spectemus quid quisque velit, cùm statum eligit
inconsulto, & nolente Deo, quid aliud occur-
ret quam quod jam dictum est de triplici concu-
piscentia, quæ tam vehementer hic moveretur &
regnat, ut vix illus sit ex his qui sacerulares di-
cuntur, seu filii hujus seculi, vix, inquam, illus
qui statum alter elegat, nisi prout moveretur
cupiditate aliqua vel honoris, vel voluntatis,
vel terrenæ cœuspiam commoditatis. Et pura-
bis hunc statum certam esse vivendi regulam?

Nam quod est valde observandum, sic admi-
nistriatur status, sicut assumitur; quæ prima
cupiditas fuit in eligendo statu sive honoris, si-
ve pecuniae, sive voluptatis, illa ipsa statum ad-
ministrat, illa ipsa modum vivendi statuit, illa
ipsa ubique regnat, domi, foris, privatim, pu-
blicè;

blicè; quidquid vel humana ratio vel divina gracia possent contrà suggerere, prævalet illa cupiditas. Unde apè apud Marcum de illis dicitur circa reliqua concupiscentia introeuntes suffocant verbum, & sine fructu efficiuntur; Cur enim introeuntes dicuntur, nisi quod hi præsertim designantur, qui vita statum ex aliquo concupiscentiae motu inchoant, tum verò circa reliqua concupiscentiae magis ac magis progreduuntur, quasi hoc unum in suo statu intenderent, cupiditatem explore. Itane verò statutus regulam vitæ statuit?

O quām præclare contrà sanctus Gregorius: Numerari culpa nequeunt, qua habenda potest statutus amore perpetrantur. Tunc solùm verò potestas beatitudinis regitur, cum non amando sed timendo retinetur. Quia ut ministrari recte voleat, oportet primis in hac nos cupiditas sed necessitas imponat. Quia scilicet si libi cupiditas potestatem seu statutum imponit, vix unquam status hanc cupiditatem deponet: Sicut cupiditatem statutum est primò sequutus, si deinde cupiditas statutum perpetuò sequitur. Aut deponat statutum, aut non deponet cupiditatem. Non est autem facile & obviuū unicuique statutum deponere, unde licet aliquid quis vellet cupiditatem reprimere, vix tamen possit, aut potius vix se posse putet, quamdiu statutum administrabit in quo ita connexam foveat concupiscentiam, ut si statutum administraret sine concupiscentia, non nisi ægram & invitam in eo vitam traheret.

Quod luculentè descriptum habes in libro Job, & insignoter declaratum à magno sancto Gregorio: Ardeabunt gressus virtutis ejus, & precipitabit eum consilium suum: immisit enim in rete pedes suos, & in maculis ejus ambulat, tenebitur planta illius laqueo. Tum verò sanctus ille Doctor: Fit plerūq; ut ipsa huius mundi prosperitas qua ab impiis inbianter appetitur, eorum gressus sit obligata, ut etiam cum ad bona opera voluerint redire, vix possint; quia recta agere non valēt, cum hujus mundi amoribus displicere riment. Vnde agitur, ut per gloriam quam impius ex peccato assequitur, ejus adhuc peccata amplius multiplicentur: quod bene Baldach exprimit cum subiungit, immisit enim in rete pedem suum, & in maculis ejus ambulat. Quis edes in rete missit, non cum voluerit ejicit: sic qui in peccata se dejet, non mox ut voluerit surgit. & qui in maculis rete ambulat, gressus suos ambulando impletat: & cum expeditus ad ambulandum nititur, ne ambuletur.

Haynefusue Pars quarta.

let obligatur. Sepè namque contingit ut quisque hujus mundi delectatione persuasus in eo ad honori gloria pertingat, ut ad desideriorum suorum effectum perveniat, & pervenisse se, ad hoc quod expetiit, latetur. Sed quia bona mundi non habita in amore sunt, & pl. rumque habita viles sunt, percepido dicat quām sit Vile quod expetiit. Vnde de revocatis ad mentem exquirit, qualiter sine culpa fugiat, quod se cum culpa conspicit adoptum sed ipsa cum dignitas qua implicavit tener, & sine culpâ alii fugere non valeat hoc, ubi non sine culpa pervenit. Iomisit ergo in rete pedes suos, & in maculis ejus ambulat, quia cùm expediti nitiuntur, tunc veraciter conspicit quām duris nexibus tenetur. Neque enim verè obligatorum nostrorum cognoscimus, nisi cùm evadere intentes, quasi levare pedes conanur. Vnde & hanc eandem obligacionem apè subiungit: tenebitur planta illius laqueo. Quia videlicet stringitur finis in peccato.

Potenter aptius aliiquid dici ac vehementius?

III. PUNCTUM.

Sic petendus igitur à Deo statutus, ut non quem quisque velit. Deus donet: sed quem Deus donet quisque velit. Sic enim multi Deum audeant quasi ejus consilium & voluntatem postulantes, cum ipsi recipi potius velint Deum sibi adhaerere, & suam lequi voluntatem. Quò spectat illa Veritas quæ in 2. parte exponitur:

Fer. 4. Pe.

Qui cum affectu incomposito Deum consulit, non Deum, sed Deo consulit. Non à Deo consilium petere, sed Deo dare velle videtur.

Omnis unde volunt, consulunt, inquit ibi san- L. 10. C. 6.
ctus Augustinus, sed non semper quod volunt au- c. 26.
dunt. Optimus minister tuus est qui non magis intuetur hoc à te audire quo t'ipse voluerit, sed po-
tius hoc velle quod à te audieris. Tunc sicut bo-
nitatis est divinitate negare quod penitus, sic severi-
tatis & justitiae, dum illud conceditur, aut per-
mittitur. Sic dicit sanctus Gregorius: Majoris L. 10.
iracundia est cum hoc tribuitur quod male desi- Mor. c. 12.
deratur, atque inde repentina ultio sequitur, quia
hoc quoque obtinuit quod Deo irasciente concepi-
vit: unde & per Psalmistan dicitur, cum escam
P. p. car.

E. 25.
Mor. c. 16

*earnis male populus desiderasse perhibetur: ad
huc esca eorum erat in ore ipsorum, & ira Dei
ascendit super eos, & occidit plurimos eorum.
Quamobrem idem sanctus Doctor sinecere &
serio est audiendus, dum quasi ex predicatione con-
cludendo ait, unde necesse est, ut ad omnes, quod
in hac vita conceupiscitur, prius voluntas eterna
requiratur, quam cum humani cordis auris per-
cipere appetit, sciat quia haec non verbis, sed rebus
sonat; locus ergo regiminis cum regendum offer-
tur, in se prius necesse est, ut quisque dissentiat se
leco vita congruit, si ab honore actione non dissentit,
ne justus omnium Rector, eo post in tribulatione
preces non audiat, quo ipsa quoque ejus, de quo
tribulatio oritur, exordia honoris ignorat.*

*Aptissimum autem sanctus Chrysostomus ad
Christi verba quae ad rem proximam nostram spe-
ciantur: Principes gentium dominantur eorum. Ty-
Hom. 66. rannica, inquit, haec passio est, & nonnunquam
in Matt. eximios etiam viros perturbat, quapropter cum
vellementiore etiam castigatione indigent, acrius
etiam ipse consurgit comparatione gentium, tu-*

*mentum ipsorum a: i: m: retinet; Nam qui pri-
matum quarunt, sibi ipsis de decoris sunt, ignoran-
tes hoc se puto in infinita detrudere. Itemque ali-
bit: Quicunque desiderat primatum in terra, in
veniet confusionem in celo, ut jam inter servos
Christi non sit de primatu certandum. Et infra:
Volens Dominus duorum fratrum ambitionem
extinguere, & decum discipulorum incitidam, in-
troduxit differentiam inter Principes mundiales
& Ecclesiasticos, ostentans quia primatus in
Christo, neque ab aliquo appetendus est non ha-
bente, neque alii invividendus est habenti.*

*Salubre est illud etiam D. Leonis monitum:
Principatus quem & sedition extorrit, aut ambitus Ep. 5,
occupavit, etiam moribus aut actibus non of-
fendit, ipse tamen iniicii sui est perniciosus exam-
plo: & difficile est ut bono peragantur exitu, qua-
malo sunt inchoata principio.*

*Quae his autem conformia possent aliunde
peti, suggestur in 2. parte, Feria 4. Hebd.
moda 2. in Quadragesima; & que Feria sequen-
ti proponitur Veritas, hodiernam confirmat.*

SABBATO. DE CÆCO ILLVMINATO PROPE JERICHO.

Quid tibi vis faciam? Luc. 18.

VERITAS PRACTICA.

*Perversè cœcus est, à quo sit querendum potius,
quid sibi vellet fieri; quam cum Apostolo
lo querat: Domine quid me vñ facere?*

*RATIO EST. Quia perversè cœcus ille di-
cendus est, qui ex duabus merito & dignitate
longè imparibus, videre non vult quod est di-
gnus, & preferendum alteri.
Sed ille, à quo querendum est potius. Quid sibi
vellet fieri, quam cum Apostolo querat, Do-
mine quid me vis facere, videre hoc non vult
quod dictum est.
Ergo & perversè cœcurest; & multi tales, &
te inter malos unum facile trahent, si tetan-
tis per norie.*

I. PUNCTUM.

*E T factum est, inquit S. Lucas, cùm appro-
pinquaret Dominus Iericho, cœcus quidam
sedebat secus viam mendicans. Duo cœci
referuntur à S. Mattheo, sed unus erat in-
signior & suo nomine notissimus, quē S. Mat-
teus vocat Bartimaeum Timaeum. Hunc ergo
validē clamantem iussit Dominus ad se adju-
vare, & interrogavit illum dicens, Quid tibi vis fa-
ciam? At ille dixit, Domine, ut videam. Et Iesus
dixit ei, Respice fides tuata salutem fecit. Et con-
fessum videt & sequebatur illum magnificas Deum.*

*Tunc illo sic magnifica Dominum, & gra-
tias age de lumine naturali, & supernaturali da-
to, ut tamen agnoscas tua perversitate ab quan-
do fieri, ut velut circus petas potius tuam vo-
luntatem fieri, quam divinam.*

*Hoc pridem deploravit S. Bernardus his ver-
bis: Huiusmodi habemus Evangelici illius cœci S. Paul.
quām*

quæ novi Apostoli imitatores. Quid vis, ait: Dominus ad eum illi, ut facias ibi. Quanta est misericordia sua Domine, quæta dignatio tua? Siccine Dominus querit ut servi facias voluntatem? Magis dic quid me facere velis; sic enim decet, sic omnino dignum est non meam à te, sed à me tuam queri & fieri voluntatem. Sic profecto, sic multorum usque hodie pugnantes & perveritas exigit ut ab eis queri oporteat, quid uia ut faciam sibi: non ipsi queruntur Domine quid me vis facere.

Sic ille, unde est nata Veritas quæ modo expendatur, his prope terminis quibus uetus sanctus Abbas, nisi quod additur perveritas ex eum hunc esse, id est, voluntariè malignum, malitiosum, improbum, & nisi resipiscat, pena dignum atque etiam ut resipiscat, hanc suam malignitatem sibi proponat, hoc ratiocinio: Perversus, ac malignus cæcus ille dicendum est, qui ex duabus sibi propositis, quæ merito & dignitate, ac omni denique præstantia modo longe à te distinet, videtur nolit quod sit eorum præstantius, ac dignus, ne cogatur indignus, & inferius alterius præstantiori subiecere; quia nempe hoc inferius majoris facit, & catus habet.

Primo quidem est cæcitas, quia non videt quod tripla est, nec recte de rebus judicat. Deinde est malitia, quia non vult videre quod satis patet oculis animi si vellit attendere. Tertiù malitia est culpæ, ac pœnae rea, qui tenetur, & potest videre, quo videre non vult. Quartù dolositas quædam inest, quia idcirco non vult propter latenter inordinatum affectum, quem ita regit, & simulat. Quintù, tui pater fallitur quia quan' d magis le latere putat aut sibi sapientius propriece, tanto magis Deus patet, & se odiosum ei reddit, & divina reum justitiæ. *Dñe. 23.* Percuties te Dominus amenitatem & cæcitatem, ut palpes in meridi, sicut polpare solet cæcus in tenebris & non dirigas vias tuas. Id est, haec prima pœna est cæcitas tua, ut cum sis voluntarius cæcus, nolendo videre quæ posses, tum postea non possis videre quæ velles. *Ephes. 4.* Tenebris obscurum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam que est in illis propter cæcitatem cordis eorum, Quali diceret Apostolus, à tenebris procedunt ad tenebras, à cæcitate in cæcitatem! excacavit eos malitia eorum, & malitia eorum sequuta est alia cæcitas. *Sap. 2.*

Satisne hoc tibi perversum, & cavendum malum videtur?

II. PUNCTUM.

SED ille à quo querendum est potius. Quid sibi vellet neni, quam cum Apostolo querat: Domine quid me vis facere, videtur non vult quod sit dig. ius, & præstantie bonum de duobus, quæ se offerunt, merito & dignitate longe imparium.

Primo, ne vagetur in incertum oratio, querendum est determinatus quis ille sit, à quo querendum est quid sibi vellet fieri, nempe is est, qui se indifferentem non praebet ad omnia quæ sibi videt a Deo, vel a superioribus iusta munera; qui se difficultem & morosum exhibet; qui quod potest recusat, & quod non potest experit; qui de bono vel malo judicat protulisti lapit, qui nihil: nisi quod lapit bonum, sibi velit evenire: qui suum duntaxat spectat commodum; qui se fingit non posse quod non vult agere; qui libenter repellit quod non habet gratum, & qui nullam potest pati repulsam: qui tanquam debitum petet quod amar, & velut injuriam dicit quod recusat, vel quod non pertinet offert; qui denique liberum sibi pura resistere, vel contradicere quibus volet, sibi autem nolit contradicere. Nunquid iste est à quo superior, vel quis alius, ut pacem cum eo habeat, querere debet, quis sibi velit, ne si forè quod nolit offeratur, aut si quod velit non concedatur; immurmures, dissensia, alienatur, ægrotet, nihil possit, nihil agat, & omnis disciplina domestica proinde conturbetur? *Hi sunt, inquit sanctus Judas Apostolus, emisipos pacientes, nubes sine aqua quæ a ventis circumferuntur, arbores autumnales, infrafructuosa.* *Etc.* Ac paulò post: *Hæ sunt murmuratores, queruloi, secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superba,* Id est, magnificè de se sentiunt, quos volunt deprimunt, & quos volunt exaltant; Nunquid sunt multi tales non tantum in sæcularibus familiis, sed in religiosis etiam instituti? Nunquid tu ex illis? Nunquid aliquando curvelles quod non habes; aut quod habes id nolles? An æqua lance pendis omnia quæ tibi possint accider? *An sicut Angelus Dei qui nec benedictione nec maledictione moveari: Hinc te agnoce, & quæ sequuntur tibi applica.* Nam quisquis ille est, videtur non vult quod ex duobus multum inter se difficit sit unum altero dignius, nempe ex voluntate divina & humana, quæna sit dignior & præstantior. Nonne sunt illæ duas volūtates tanto a se magis discrepantes, quan' d voluntas humana fuerit propria, sui, suorumque amans commodorum?

2. Reg. 14.

P p 2 monac

nonne istæ due voluntates simul occurunt, altera ut alteri cedat apud te, prout ille fuerit à quo queratur, quid tibi velis fieri: vel qui querat à Domino, Domine quid me vis facere? Nonne tunc erit voluntas humana quando queretur, quid tibi velis fieri, sicut erit divisa quando queres à Domino, quid ipse velit? Nunquid denique qui suam potius quam divinam vult fieri voluntatem, non vult videte ultra ex duabus voluntatis sit melior, cum aliter non malit tuam nisi quod sibi videat meliorem: quod tamen non ita esse profectò videre posset, si velleret: Sed videte non vult, ne contra quod ipse videret, cogeretur facere; quod se putat liberius posse si non id videat. *Later eos hoc vo-*
lentes, ait S. Petrus: Sed an putant hoc latere
Deum?

III. P U N C T U M.

PÉRVERSE cœcus est igitur à quo qua-rendum est potius, quid sibi velit fieri, quam sum Apostolo querat, Domine quid me vis facere? Nam cœcus est qui non videat quandò sit præstantius & utilius, divinæ magis voluntati adhærerere quam sue: & perverse cœcus est qui malignè nolit id videre. Quod præclara-re regius exprimit Psaltes, cum dixit, noluit intelligere ut bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni via non bona, malitiam suam non odiret: ibi est frons, inquit sanctus Augustinus, ibi est fructus: si non potest non habere malitiam, vel odere illam. Cum enim odisti illam, vix tibi surrepit ut aliquid mali facias. Quasi diceret, fatus alioquin videores quid eset mali & illud evitares si yellet: sed quia malitiam non odisti, propterea dissimulas te videre malum quod surrepit, siveque tanto facilius & damnosius surrepit, quanto minus illud vides; nec propterea tamen es excusandus, inò inde magis condemnaberis, prout ipse Judex Christi Ioann. 3. Iustus Dominus jam pridem denunziavit: *Hoc est iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexe-*

ff. 35v

runt homines magis tenebras quam lucem, evan-
 enim eorum mala opera Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus. Id est, ut quod velit faciat, potius quam quod velit Deus, nec arguat
 à proprio euam conscientia, quod suam voluntatem divinas pœnasferat. Hoc est veritatem in Rom. 1,
 in iustitia detinere; Hoc est caueri tam habe- 1. Tim. 4,
 conscientiam; Hoc est dolosè cum Deo age-
 re: Hoc est illi tacitè dicere, Recede à nobis &
 scientiam varum tuarum nolumus: Hoc
 est velamen ponere super cor suum: Hoc Job 21,
 est in tenebris diem vertere: Hoc est spiritui 2. Cor. 3,
 gratia contumeliam facere. Quæ cùm in Scr. Job 3,
 puris, & maulis jam ante p̄ opositis Veritati- Heb. 10,
 bus proscripta sint, restat hanc Apostoli pare-
 nesim audire attentius, & inò infigere peccatori:
 Eratis aliquando tenebra, nunc autem lux in Do- Ephes. 5,
 mino. Ut filii lucis ambulatè: fructus enim la-
 citis est in omni bonitate & iustitia & veritate,
 PROBANTES QVID SIT BENEPLACITVM
 DEO.

Vide in 2. parte, Dominica Quadragesima, cuius Evangelium de hoc ipso cœco proponitur, & ubi hæc veritas declaratur:

Cœcutientibus in via perfectionis, lux perfecta Christus patiens.

In 3. etiam parte, Sabbato Hebdomada 9, satis hæc apia exponitur:

Quò magis occulta est concupiscentia, magis est cœca.

In hac denique 4. parte, tota est Hebdomada vicecima de cœco nato,

• 88 (+) 50

P

DOMI-